

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-11619/fragment/page=00000002



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-11619/fragment/page=00000003

3440

Wu NJ 6/c

Adm 194

D2808

C5859

1.2

cat

3 Thlr 25 Sgr

2 Schrift

a/R

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-11619/fragment/page=00000004

MVSEVM
CVFICVM BORGIANVM
VELITRIS

ILLVSTRAVIT

JACOBVS GEORGIVS CHRISTIANVS ADLER



ALTONA

Borgiani

ROMAE

APVD ANTONIVM PVLGONIVM

MDCCLXXXII

PRAESIDVM FACVLTATE

MVSEVM
CVFICVM BORGIANVM
VELITRIS

ILLVSTRAVIT

IACOBVS GEORGIVS CHRISTIANVS ADLER

ALTONANVS



ROMAE

APVD ANTONIVM FVLGONIVM

MDCCLXXXII

PRAESIDVM FACVLTATE

BIBLIOTHEK der Deutschen Morgenländischen Gesellschaft.

Aus GILDEMEISTER'S Vermächtniss.

LECTORI

ORIENTALIS LITTERATVRAE STVDIOSO

IACOBVS GEORGIVS CHRISTIANVS ADLER

ALTONANVS

IN praeclaris vitae meae vicibus illa semper erit, simulque animo meo alte insidebit, quae me Romam adduxit, atque ita, ut plane omnibus studiorum meorum rationibus satisfacere licuerit. Praetereo omnia illa notionum emolumenta, quae haurire mihi contigit, Romanorum litteratorum amica comitate conspirante, tum ex Vaticana bibliotheca omnium instructissima, tum ex ceteris per Urbem dispersis, Barberina nempe, Angelica, Assemaniana, & collegii Urbani de propaganda fide, quae potissimum exoticarum linguarum codicibus perquam multis, & insignibus excellunt. Haec sane alio tempore, ac loco fateri, & praedicare mihi continget, ac libentissime praestabo. Quod vero honorificentissimum mihi obvenit, illud in primis fuit, quod auspice & interprete cl. Praesule Iosepho Garampio Nuncio Apostolico apud Aulam Vindobonensem, viro sane & doctrina, & humanitate praestantissimo, convenire datum fuerit Romae Praesulem alterum cl. Stephanum Borgiam, a secretis sacrae congregationis de propaganda fide, quem & opera typis edita, & animus ad litteratos omnes amplectendos

paratissimus celeberrimum fecerunt. Dum viri summi eruditionem admiror, dum iucundissima fruor consuetudine, dum librorum, & codicum, praesertim Copticorum longe vetustissimorum penes ipsum exsistentium cimelia contrecto, en incidit sermo de nummis Cuficis, aliisque id generis monumentis, quae sibi ipse longo studio comparaverat, & Velitris, quae civitas est in primis nobilis, & antiqua, cl. Praesulis patria, in domestico museo collocaverat. Ego, qui huiusmodi characterum monumenta alia iam expenderam, & illustraveram, ad haec animum arrexi, eorumque copiam mihi fieri postulavi, & pro ea, quam semper commendabo, spectatissimi possessoris humanitate, ac benevolentia facillime obtinui. Dum itaque nummos hosce Borgiani musei Veliterni perpendo, dum pateras, sigilla, aliaque monumenta, quae ibidem adservantur his signata characteribus manibus, & oculis verso, subiit animo scripturae tradere, quae interpretationis loco esse possent, quaeque singulis aliquid lucis affundere viderem. Quod fere otii caussa peragebam, in opusculum evasit, quod non ostendere solum, sed offerre, tamquam grati animi mei monumentum, numquam intermorituri, cl. Praesuli constitui. Excepit ipse libentissime pagellas meas, easque tamquam ἀντίδωρον suas fecit, imo tamquam iuri suo accensitas typis committendas censuit. En, amice Lector, opusculi huius, quod editur, occasio.

Nunc accipe operis rationem, quam mihi perficiendam proposui. In eo nimirum fuit cura, ac studium meum, ut primum nonnullas exararem adnotationes, quas de historia rei nummariae apud Arabes praemitterem,

terem, & quarum pleraeque novae, & probatissimorum scriptorum auctoritate, & ipsorum monumentorum *Musei Cufici Borgiani* sedula contrectatione comprobatae sunt. Ad explicationem nummorum deinde descendi, atque in ea obeunda diligenter distinxi, quae certa habuerim, & de quibus dubitaverim; quo illud assequerer, ut eadem fidelis, quantum fieri potuit, prodiret. In omnibus insuper brevitati studui, ut ad doctos scribentem decebat. Experientia didici, quod Plinius ait, rem arduam esse, vetustis novitatem dare, novis auctoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubiis fidem. Verumtamen si studia mea non omne tulerint punctum, series ipsa rarissima nummorum, quae in lucem prodit, citra opem meam omnibus se plane commendabit. Ea sane nummos continet, quos adhuc ne nomine quidem novimus, non Cuficos tantum, non tantum Arabico-Graecos, & Arabico-Latinos, sed etiam Arabico-Armenos, & Arabico-Georgianos, quibus Arabica sigilla, tum ex veteri patera celebris *Cabae* delineatio, denique egregium Drusorum monumentum, & de historia huius gentis nova dissertatio accedit. Interim vero, qualiacumque sint mea conamina, quae clar. Praesuli publici iuris facere libuit, aequo animo excipe, Lector benevole, & si quid hinc in orientales litteras lucis, ac praesidii manaverit, illud omne acceptum a te referri decet amplissimo viro Stephano Borgiae, per quem & haec monumenta collecta sunt, & aere nunc incisa, preloque excusa exhibentur. Utere felix, & vale.

I M-

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

F. A. Marcucci Epiſc. Montiſalti Viceſg.

ADPROBATIO.

DEmandante Reverendiſſimo P. Thoma M. Mamachio Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro lubens percurri *Muſeum Cufficum Borgianum Velitris*, diligenter & docte illuſtratum ab eruditiſſimo Iacobo Georgio Chriſtiano Adler Altonenſi, nihilque in elaboratiſſimo opere bonis moribus, & catholicae fidei adverſum deprehendi; imo multa ad orientales res nova, & utilia erudite expenſa animadverti: quare nihil obſtare cenſeo, quominus opus in publicam prodeat lucem.

Dabam IV. Ianuarii MDCCLXXXII.

Ioſeph Aloyſius Aſſemanus linguarum orientalium in Urbano Collegio Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Praeceptor.

IMPRIMATUR.

Fr. Thomas M. Mamachius Ord. Praedicatorum Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

NVM-

NVMMI ET SIGILLA CVFICA

DISSERTATIO PRAELIMINARIS *DE NUMMIS CUFICIS.*



Quemadmodum, qui nova inventa, cuiuscunque sint generis, publicare aggreditur, primum, quae alii ante eum viderint, examinare & aequa lance pensitare, deinde de ignotis, quae ipse addiderit, de occasione, qua ea invenerit, demum de magnitudine negotii generatim differere solet: ita & nos, nummorum Cuficorum perfectissimam seriem prolaturi, ne rem parvi momenti suscepisse videamur, dissertationem generalem, ubi instituti nostri ratio reddatur, reique nummariae Arabum historia atque praestantia exponatur, praemittendam putavimus.

CAPUT I.

De iis, quae eruditi in explicandis nummis Cuficis adhuc praestiterint, & de nostri instituti ratione.

Repetimus igitur prima scientiae nummorum Arabicorum apud nostrates initia. Usque ad saeculi elapsi initium, tamquam viles, inutiles, *barbari*, quo nomine extranea fere omnia damnare solebant, neglecti fuerunt nummi Arabum. Primus eorum publicationis honor Hispanis debetur, apud quos, cum multa saecula ab Arabibus gubernati fuissent, plurima gentis monimenta relicta inveniri necesse fuit. *Vincentius Iohannes de Lastanosa* primus, quod sciam, in libro de nummis ignotis Hispa-

nicis, quem Oscae publicavit anno MDCXLV (1), nummos Cuficos, vel Arabicos antiquos octo, aeri inciſos exhibet. Sed, ut omne initium grave eſt, non modo nullum explicavit, ſed delineatio etiam tam male ceſſit, ut ne una quidem vox ex omnium eorum titulis intelligi queat. Succeſſit *Iohannes Henricus Hottingerus*, vir exquiſitiſſimae doctrinae, qui libro ſuo de cippis Hebraicis, quem Heidelbergae iterum ediderat anno MDCLXII. varia de nummis Arabicis adiecit (p. 115. ſ.), nonnulloſque Cuficos delineavit. Sed dormitavit interdum vir doctus; nummorumque titulos tam rudi manu depictos exhibet, ut Loeſcherus in commentario de cauſſis linguae Hebraicae tabula XIX unum eorum tamquam Samaritanum ex Hottingerianis tabulis deſcripſerit. Anno MDCXCI. edidit *Elias Brenner* theſaurum nummorum Sueo-Gothicorum, Holmiae Sueuorum, in quo nũmum Cuficum unum, male, ut praecedentes, ligneis formis expreſſit. *Andreas Morellus* in ſpecimine univerſae rei nummariae antiquae edito Lipſiae MDCXCI. (in 8.) nummum unum aeneum (in Tab. XXIII. n. 4.) delineavit, in cuius parte priori duo capita cernuntur, quae Saladini eiuſque filii effigies eſſe putat auctor (p. 230.), cum titulo, Ioſephus filius Iobis, & ab altera parte, ut auctori videtur, verba, Rex, Imperator, Princeps fidelium. Sed potius credo, nummum male deſcriptum ſimilem eſſe ei, quem ad Regem Turcomanorum Cothbeddin refert cel. Barthelemius (2), in cuius parte nomen Regis, in altera capita Imperatorum Heraclii, eiuſque filii Heraclii Conſtantini, a pecunia Graeca mutuata animad-

(1) Muſeo de las medallas deſconoçidas Eſpañolas, publicalo D. Vincenzio Juan de Laſtanoſa Señor di Figaruelas i lo dedica al Exmo Señor D. Bernardino Fernandez de Velaſco Condeſtable de Caſtilla. En Hueſca 1645. in 4. Praeter nummos Arabicos recentes duos 136. & 137. Cufici ſunt ſequentes 138. 163. 169. 170. 171. 172. 174. In priorum trium delineatione 136. 137. 138. principia titulorum in imum inverſa ſunt.

(2) Mr. Barthelemy diſſertation ſur les medailles Arabes dans le XXV. Tome des mémoires de l'Academie des inſcriptions de Paris Tab. II. num. 6.

madvertuntur (3). Idem nummus delineatus est in libro Gallico de scientia numorum (4), ubi auctor *P. Gobertus* (p. 172.) hanc adnotatiunculam, imperitiae suae testem, adiecit: „ Parvi momenti sunt, inquit, nummi Arabici, quia omnes recentes sunt, „ pessime cusi., neque ullam seriem efficiunt, pauciſſimi effigie principum ornati, denique, quia pauci linguam atque „ scriptionem intelligunt „. Caecus de coloribus iudicat! Melius cessit *Hadriano Relando* dissertatio de nummo Arabico Constantini Pogonati litteris Cuficis signato, quae Amstelodami MDCCV. prodiit (5). Quem nummum etiam exhibent eruditi Londinenses in historia universali mundi, tomo I. historiae recentioris aevi, & cel. Barthelemius in dissertatione laudata, e museo regio descriptum. In parte postica titulus est Romanus, repraesentans Victoriam ambulantem, manu tabulam tenentem, cum inscriptione in orbem exarata VICTORIA CONSTANTINI AVG., in tabula Victoriae VOTA XXX h. e. vota tricennalia, & ad latus SIS, Siſciae, urbis Panoniae nomen. Typum hunc a quodam Constantini M. nummo mutuatum esse, rectius censet cel. Barthelemy, quia formula VOTA XXX in nullo ceterorum Constantinorum nummo animadvertitur. Ab altera parte legitur nomen Principis Turcomani, Cara arslan. الملك العلم (pro العالم) العادل فخر الدين قرا ارسلان

(3) Occasione huius nummi observat auctor p. 232., magnam horum nummorum iacturam passam esse rempublicam nummariam obitu ill. Caroli Catonis Curtii, Seren. Cenomanensium Ducis a secretis consiliis, siquidem is magnum Arabicorum nummorum numerumcollegisset, ut integram fere Chalifarum Damascenorum seriem possideret. Aliam collectionem LX. nummorum Arabicorum antiquorum e thesauro aedium Divae Genovefae in regium museum translatam fuisse p. 262.

(4) La science des medailles antiques & modernes pour l' instruction pes personnes qui s'appliquent à les connoitre. Nouvelle edit. Amsterdam 1717. in 8. p. 184.

(5) Cf. eiusdem dissertatio de nummis veterum Hebraeorum, Traiecti ad Rhenum 1709. edita.

ارسلان داود بن ارتق. Inter nummos Neapolitanos, a *Caesare Antonio Vergara* (6) illustratos anno MDCCXV., quidam Siculi cum titulis Latinis, & Arabicis reperiuntur, sed male iterum delineati. Rarus & observatione dignus est ille, aureus, (Tab. II. 2.) qui in antica parte hunc titulum exhibet WR. h. e. Wilhelmus Rex, & in circumferentia DVCAT. APVL. PRINCIPATVS CA, in parte adversa † APVLIE H..... Multos nummos Cuficos recensent *Philippus Paruta*, & *Leonardus Augustinus* in libro, qui Sicilia numismatica inscribitur, edito anno MDCCXXXIII. Sed negotium invita Minerva susceptum: nummi omnes Arabici male delineati sunt, & mendosius etiam explicati. Huius operis recensionem, cum aliquot nummos rarioris typi contineat, in margine addendam putavi. (7) Eodem anno unum nummum Cuficum antiquum descri-

(6) *Monete del regno di Napoli da Roggerio sino a Carlo VI., raccolte e spiegate da D. Cesare Antonio Vergara. In Roma* 1715. 4. Tab. I. 6 nummus Rogerii est, qui in museo Borgiano etiam exstat. Tab. II. 1 Guillelmi primi, cum figuris B. Virginis & Iesu. Tab. II. 2 quem laudavimus. Tab. II. 3 aureus Guillielmi I., cum typo crucis & verbis IC XC NIKA. Tab. III. 2 numus Guillielmi I. & Tab. IV., 2 Tancredi, quales conservantur in museo Borgiano.

(7) *Philippi Parutae, & Leonardi Augustini Sicilia numismatica*, divisa in tres partes, inserta in *thesauri antiquitatum & historiarum Siciliae a Io. Geo. Graevio* digesti & cum praefatione *Petri Burmanni* editi Lugduni Batavorum 1733. fol. volumen VI. VII. & VIII. Explicationis numorum Cuficorum auctor est *P. Marius Pace*. Novam editionem propediem expectamus a viro cl. Gabriele Lancillottio Castellio Principe Turris Mutii.

Ad nummos Panormitanos referuntur sequentes Cufici. Tab. XVII. n. 170. nummus argenteus cum sola inscriptione in circumferentia, Arabica, ut videtur, sed imperscrutabili. Tab. XVIII. 171. 172 duo nummi aurei Fatemidarum, qui in museo Borgiano exstant. Tab. XIX. 194 nummus aeneus, in quem Sigebertus Havercampius animadvertit p. 89. F. eum sine dubio ad Panormum pertinere, eumque ab ipso *cum aliis curiosioribus Saracenicis* asservari. Antica parte duplex cernitur aquila, quam litterae Arabicae, ob pravam delineationem lectu difficillimae, circumdant. Postica parte, quae inversa picta est in tabula, nomen legitur الملك الظاهر, *Rex Daher*, & in circulo

ſcripſit *Olaus Celſius*, natu maior, in actis Upſalienſibus (anni MDCCXXXIII. p. 116.117.), & alium *Birgerodius* in libro de priſco

lo verba, Muhammed eſt Dei legatus, cum aliis quibuſdam tam negligenter deſcriptis, ut potius litterae Romanae, quam Arabicae eſſe videantur. Nummus ad Aiubitos forſe pertinet (conf. nummum Borgianum XXVI.): Siculus certe non eſt; nullus enim Siciliae princeps titulum ملك *Regis* uſurpavit.

Inter nummos Meſſanenſes recenſetur Tab. XXIV. n. 45. nummus bilinguis, qualem in muſeo Borgiano explicaturi ſumus n. LVIII.

Progreditur auctor Tab. CLXXXV. ad novem nummos Saracenicos, ut eos inſcripſit, quos explicare tentavit P. Marius Pace pag. 1221, ſed fortuna tam adverſa, ut verba in iiſdem viderit, *quae ne quidem Arabica ſunt*. Primus aureus exhibet hos titulos. In parte prima, iuxta P. Marium, *Almachur aſgadalaman amir il mumlec* h. e. *Malchur, liberator miſerorum*, nomen vere barbarum, quod Arabes ignorant, ſed ita corrigendum, *Almalec . . . . . emir almumenin* الملك . . . امير المومنين *Rex . . . Princeps fidelium*. A poſteriori parte, auctore Mario, *la ilmalch allah hmaes fallalas gal fal allah*, quarum omnium ne unam vocem intelligo, ſed explicantur ab interprete, *an non rex certe una cum gabella creſcit iuxta voluntatem Dei?* Incredibile forte videbitur, hanc abſurdam formulam emendandam eſſe hoc modo, *la illah illallah Muhammmed reſul allah ali vali allah* لا اله الا الله محمد رسول الله على ولى الله *Non eſt Deus, niſi Deus, Maometes eſt eius legatus, Alì eius amicus*. (Convenit cum nummis Borgianis XXI. & XXII.) Nummus ſecundus, item aureus, exhibet, ut cenſet Marius, nomen *Gagelalmud Alchelamamu, amir almarmanin, Hagelalmudus Achelamanus, Dominus Mermanorum*, nomen auribus Arabicis inſolens & intolerabile, quod ne pronunciare quidem ſcio: Emendandum ita, *Almalek aldaher allah emir almumenin* الملك الظاهر الله امير المومنين *Rex Daher allah, Princeps fidelium*. Ab altera parte eadem verba, quae in nummo I. leguntur. Nummus igitur pertinet non ad Mermanos neſcio quos, ſed ad Regem Siciliae Daher, cuius nummus aureus huic ſimilis in muſeo Borgiano exſtat num. XXIII. In tertio nummo aureo nihil legere potuit Marius niſi *Iltalmargias il melk*, nomen Regis, qui in boni Patris ingenio tantum exſtitit: equidem ne litteram unam praviſſimae delineationis cognoſco. Quarti nummi aurei titulus explicatur *Altal-*

fanz

sco septentrionalium in Alexandria mercatu, quem vero inspicere adhuc mihi non contigit. Neque opus *Honorii Arigonii* ad manum

fanz . . . Amir Musulman, loco *Aldahar alaasas din alla, emir elmumenin*. الظاهر العزاز دين الله امير المومنين Convenit cum nummo Borgiano XXIII. Observatione dignus est nummus quintus aeneus, in cuius parte priori exstat haec inscriptio Christiana graece IC+XC *Iesus Christus vincit*, in altera, quantum e mala delinea- NI | KA tione intelligi potest, nomen Regis Siciliae. Vid. Tab. VII. nummorum Borgianorum. Mendose legit P. Marius *Almefscialla il melec glin*, *Almafscialla*, *Rex Siciliae*. Sicilia arabice non Glin, sed *Saklia*, *Siki-lia*, nominatur (صقليه, صقيليه). Eumdem typum Christianum, & in parte adversa eiusdem principis nomen exhibet nummus sequens VI. aureus. Septimus nummus aureus, est musei Borgiani nummus LXIV. seq. Sed male explicatus, *Rahamo Emir. Alalla filmal-sciel la allah*, h. e., auctore Mario, *Raham Princeps*. *In nummo sicli vel gabellae*. Eiusdem typi sunt nummi VIII. & IX., licet Mario primum aliter & mendosius interpretari placuerit.

In recensione nummorum Christianorum pauci aliiArabici adduntur. Ad Rogerium I. recte refertur Tab. CLXXXVII. nummus aeneus, qualem in museo Borgiano n. LVII. explicabimus, eumque bene interpretatur laudatus P. Marius. Sed nummus II., qui in area crucis figuram exhibet, & in circumferentia litteris signatus videtur, tam infeliciter iterum delineatus est, ut potius montes, colles, vallesque tabulae geographicae repraesentare videatur, & aeque male explicatur. Quartus, ut illi duo, quos laudavimus, formulam Christianam IC XC NiKA cum cruce, & ab altera parte duos titulos in circumferentia, imperscrutabiles, continet, quos Regem Rogerium designare putat P. Marius. Nescio, cur hos ad Christianos, illos cum iisdem typis ad Saracenicos nummos retulerit auctor. Ad Guillelmum I. pertinent duo nummi aurei I. & III. Tab. CLXXXVIII. In illo animadvertitur B. Maria cum Iesu infante, & ab alia parte nomen REX W (Rex Willelmus), & voces quaedam Arabicae in circumferentia. Tertius idem est quam IV. in tab. 187., & florenum valet. Tab. CLXXIX. exhibet inter nummos Guillelmi II., quinque nummos bilingues, quorum I. & III. parum differunt a nummis musei Borgiani LIX. LX. In quarto autem aeneo caput leonis animadvertitur, & nomen الملك غليلم الثانى *Rex Guillelmus II.*, ut recte legit Marius. In nummo V. aeneo exstat effigies sanctissimi Servatoris nostri

num habeo, inscriptum, *Numismata quaedam cuiuscumque formae & metalli, Tarvisi* MDCCXLV., in cuius tomo III., tabulis tribus nummi Arabici delineati sunt, sed non explicati. A P. *Frolich* S. I. in annalibus regum & rerum Syriae (pag. 109. edit. alterae Venet. 1750.) nummum primi Regis Turcomanorum publicatum habemus, quem nunc cel. Barthelemy e museo regio diligentius descriptum nobiscum communicavit. Nummi duo antiquissimi Cufici aurei, *Venetiis* in restauratione templi *S. Laurentii* martyris effossi anno MDXCII. inter monumenta antiqua ecclesiarum Venetarum a Flaminio Cornelio publicata, delineantur (8). Observatione dignus est primus, omnium, qui adhuc innotuerunt,

stri cum litteris Graecis $\overline{\text{IC}}$ $\overline{\text{XC}}$, & in parte adversa titulus Arabicus. Animadvertit auctor, ubique tales numos inveniri, (de quo iure dubito) atque se exempla multa habere alia aliis longe pulchriora. Nummus VI. idem est, ac Borgianus LVI. Denique Tab. CXCI. inter numos Tancredi VII. bilingues reperiuntur. Nummus I. argenteus, priori parte littera T prima nominis Tancredi, posteriori vero litteris Arabicis signatus est, quae legi non possunt. In II. nominis Tancredi nulla vestigia video, & male a Mario explicatur: Arabica inversa sunt. In nummulo tertio argenteo leguntur $\overline{\text{TACD}}$ REX $\overline{\text{SICILIE}}$, & in parte adversa eadem arabice تنقريد ملك صقليه Tancredus, Rex Siciliae. Numus IV. idem nomen latine exhibet, sed in circumferentia adduntur DEXTERA DM. . . . . h. e. *Dextera Domini exaltavit me*, & ab altera parte inscriptio Arabica inversa. Sextus huius tabulae cum primo fere convenit, & VII. & VIII. denique vulgares sunt oboli bilingues aenei, quos in museo Borgiano explicatos videas.

Facit haec recensio, ad intelligendum, quantum difficultatis habeat numorum Cuficorum explicatio, & quantum tum summa observatio, & oculus perspicax, tum etiam linguae, palaeographiae, atque historiae Arabicae & orientalis cognitio necessariae sint hos nummos explicaturo.

(8) *Ecclesiae Venetae antiquis monimentis nunc primum editis illustratae*. Venetiis 1736. Decade XIII. P. I. p. 65. Cuius libri delineationisque notitiam debeo Clar. Abati Caietano Marinio. Ea enim Romanorum gloria propria est & particularis, quod peregrinatores, qui litterarum amore impulsi sanctam Romam proficiscuntur, omni benevolentia & humanitate adiuvare soleant.

runt, antiquissimus, si iusta est, ut esse videtur, delineatio. A prima parte eosdem titulos continet, quos habent nummi Borgiani II. III. IV. Sed ab altera legitur versiculus ille Corani, qui teste Elmacino in prima & antiquissima Arabum pecunia exarabatur, الله واحد الله الصمد لم يلد ولم يولد *Deus est unicus, aeternus, neque generat, neque generatus est*: & in circumferentia بسم الله ضرب هـذا الدينار سنة سبع وتسعين *In nomine Dei cusus est hic denarius anno XCVII.*, aerae vulgaris DCCXV. Alter nummus similis est Borgianis II. III. IV. excusus anno CXLIII., aerae vulgaris DCCLX. Censet auctor, hos nummos cum multis aliis, qui deperierunt, olim a Duce Michaële Venetias portatos fuisse. In splendido & rarissimo *Museo Pembrochiano* (9) edito anno MDCCXVI. duabus Tabulis nummi Cufici figuris ornati exhibentur, sed deteriori ratione quam ceteri nummi delineati. Inter nummos antiquos, *Scriniis Bodleianis* reconditos unus tantum Cuficus publicatur, in Catalogo a Friedrico Wise Oxonii MDCCL. edito. E *museo Caesareo* Viennae nummi aliquot Cufici, sed non antiquissimi aevi, minus diligenter descripti & sine explica-

(9) Numismata antiqua in tres partes divisa. Collegit olim & aeri incidi vivens curavit Thomas Pembrochiae & Montis Gomerici Comes. Prelo demum mandabantur A. D. MDCCXLVI. Part. II. Tab. 91. & 92. Tab. 91. numus I. in omnibus convenit cum nummo VI. Barthelemii, effigie Heraclii I., eiusque filii Heraclii Constantini ornatus. Numus II. ad Turcomanorum Regem Nogemeddin Albi referendus, & ab utraque parte typis Christianis ornatus, idem, est, quem cel. Barthelemy num. III. publicavit. Tertius exhibet effigiem Principis Turcae, sedentis, una manu gladium, altera caput Christiani tenentis, cum titulis Arabicis, quorum nihil legi potest, nisi الناصر لدين الله امير المومنين *Nasereddin allah, Princeps fidtlium*. Conf. nummus Borgianus XII. Tab. 92. n. I. ab una parte duobus, ab altera uno capite ornatus & ad Turcomannos referendus est: sed tituli legi nequeunt. Ad eosdem referendi videntur duo sequentes nummi negligenter aere incisi.

plicatione publicati sunt in commentariis hebdomadariis Lipsiensibus anni MDCCLIII. (10)

Omnes, quos adhuc recensuimus, auctores, quibus paucos alios forse addas nobis ignotos, tum mendose delineatos exhibent nummos Cuficos, tum male, vel non omnino explicatos. Quinque tantum, quod sciamus, exstitere, qui solidius de his nummis egerunt. Primus *Georgius Iacobus Kehr* libellum aureum Lipsiae anno MDCCXIV. edidit de statu monarchiae Asiatico-Saracenicae e nummis Cuficis prope Gedanum effossis, in quo varii nummi Chalifarum, Principumque Samanidarum optime delineati erudite illustrantur, librum, qui in eorum omnium manu esse debet, qui ad palaeographiam & historiam Arabicam incumbunt. Successit ei doctus *Barthelemius*, iam saepe a nobis laudatus, Galliae decus, cuius dissertatio de figuris, quibus nummi Arabici interdum ornati sunt, XV. nummis regii musei illustrata, addita est actis Academiae Parisiensis anni MDCCLIX. *Olaus Gerhardus Tychsen*, Professor Buzovienfis, doctrina in Italia etiam celebris, & nostra laude superior, interdum nummos Cuficos, maxime Samanidarum a semetipso aere incisos & erudite explicatos nobiscum communicavit (11). A cel. *Carsten Niebuhr*, Regis Daniae munificentia quondam per Arabiam peregrinatori, in descriptione Arabiae, ab eo Hafniae edita anno MDCCLXXII., XV. nummos Cuficos, aliosque in itinerario suo nitide descriptos, & a cel. Reiskio explicatos accepimus. Denique *Carolus Aurivillius* dissertationem de nummis Arabicis in Sveo-Gothia repertis, actis Societatis regiae Upsalensis inseruit (Volumine II. 1775. p. 79-107), eosque in IV. tabulis nitidissime & splendide delineari curavit; cui, si placet, addas disquisitionem de historia,

(10) Das Neueste der anmuthigen Gelehrsamkeit. Lenzmonat und Wonnemond des 1753. Jahrs Leipzig. in 8.

(11) In horis subsecivis Buzovienfibus, *Buzzowische Nebenstunden* T. III. & IV. Et in Ephemeridibus litterariis, *Kritische Samlungen* inscriptis T. III. p. 698. seq.

nummis & sigillis Arabum a *Christophoro de Murr* Norimbergae lingua Germanica anno MDCCLXX. editam, in qua tamen descriptus nullus nummus Cuficus reperitur (12).

Generalem de nummis Cuficis dissertationem, perfectioremque quantum fieri potest, seriem nummorum nemo adhuc publicare tentavit, neque tentare potuit, cum altera collectio, Borgianae & copia & varietate similis, in paucis forte regiis museis reperiatur. Nobis laudi ducimus, quod clar. Praesulis munificentia huic defectui supplere potuerimus. Curae nobis fuit, nummos omnes Borgianos Cuficos diligenter studioque indefesso nostra manu delineare, ordine chronologico distribuere, pro virili illustrare; atque in eorum delineatione nostra culpa nihil peccatum, nihil additum neque omissum, in illustratione nihil temere tentatum, in historia eorum explicanda nihil sine auctoritate prolatum fuisse, pollicemur.

Sed, ne quis putet, nosmet laudibus doctorum, quos nominavimus, virorum, nobis omni, qua par est, observantia colendorum, arroganter aliquid detrahere velle, unum si placet, addimus. Scientia nummorum Arabicorum studium est peculiare,

(12) Monumentorum Cuficorum, nobiscum usquedum communicatorum, insignora sunt sequentia. Quatuor tituli sepulcrales Cufici, in tabulis marmoreis, Puteoli, delineati a Pompeio Sarnellio, & Antonio Bulifon in libro Italico-Gallico, *la guide des etrangers par Pousſol* p. 70. Multae inscriptiones Cuficae in sepulcris, templis, portis urbium Arabiae Galefkae, Beitelfakih al. repertae a cel. Niebuhr, & ab eodem in itinerario suo, & in descriptione Arabiae publicatae. Titulus Arabico-Carmaticus, ut vulgo nominatur, in fimbria pluvialis imperatorii, Norimbergae custoditi, auro textili fulgens, nuper publicatus a cel Christophoro de Murr, in libro Teutonico, *Descriptio rerum memorabilium Norimbergae*, edito 1778. Inscriptio cum iisdem litteris in cathedra patriarchali exarata, quae Venetiis in templo S. Petri conservatur, edita inter monumenta Ecclesiarum Venetarum a Flaminio Cornelio, Senatore Veneto, Decade XVI. P. II. Venetiis p. 194. Quibus egregia illa fragmenta Coranorum Cuficorum, si placet, adde, quae bibliotheca regia Hafnienſis conservat.

liare, a linguae peritia tantopere diversa, quantum diversa est scriptura, quibus ornantur, ab ea, qua in libris apud nos typis arabicis edendis, vulgo utimur. In nummis litterae Arabicae magis etiam perplexae scribuntur, quam in libris scriptis, cui in nummis Cuficis alia maior difficultas e litteris forma inter se similibus accedit, quae nullis signis discernuntur, & lectorem, minus horum defectui assuetum, in perpetua ambiguitate relinquunt. Non modo linguae, historiae, geographiae peritia, sed ante omnia *longa cum his nummis familiaritas, & obtutus peracutus* requiritur ab eo, qui illos explicandos aggreditur. Verbo, ut in ceteris linguis, qui bene eas callet sine alio studio peculiari nummorum titulos non recte explicabit: ita in Arabicis quis linguam probe callere, totamque eius indolem perspicere poterit, nec umquam ulla in eum reprehensio cadet, si omnino etiam a nummorum cognitione alienum se esse profitebitur.

CAPUT II.

De historia nummorum Cuficorum, eorum origine, antiquitate, variis titulorum ornamentorumque commutationibus, & de eorum in septentrione divulgatione.

NUmmi Arabici dicuntur omnes, qui titulos lingua Arabica scriptos exhibent, non tantum, qui in Arabia cusi sunt, sed in Syria etiam, in Persia, in Africa, in Hispania, verbo, in omnibus illis provinciis, ubi una cum armis & religione Muhamedis, lingua etiam Arabum penetravit. Antiquissimi huius generis nummi, quia tituli eorum Cuficis litteris scripti sunt, Cufici vel Cufenses vocantur. Hoc scribendi genus, iam dudum obsoletum, ab urbe Mesopotamiae, Cufa, ubi nitidissime pingebatur, nomen invenit, & praesertim post Muhamedis tempora, cum Coranus iisdem litteris scriberetur, commune & celebre evasit. Floruit hac auctoritate per ccc. tantum annos; sed in inscriptionibus monimentorum & monetae ad saeculum XIII. vel

XIV. aerae Christianae duravit, imo hodie in Africa interdum adhibetur, quia maiores illae & rudes litterarum notae, quae incidantur lapide, vel aere, recentibus aptiores videntur.

Nummi igitur Arabici, his litteris inscripti, circiter DCC. annorum spario a saeculo aerae vulgaris VII. ad XIV. continentur. Usque ad tempora Chalifae Abdolmalek filii Meruan, qui anno fugae LXV. (aer. vulg. DCLXXXIV.) successor Muhamedis electus fuit, pecunia Parthica & Graeca utebantur Arabes, illa quidem partim litteris Graecis, partim Parthicis, vel Persicis antiquis inscripta, quae ad hunc usque diem a nemine explicatae sunt (13). Laudatus Abdolmalek, cum inter ipsum & Imperatorem Graecum dissidia intercederent, pecuniam Graecam repudiasse & ope Iudaei cuiusdam, quem *Somior* vocant Arabes, suadente duce militum eius, Hegias filio Iosephi, primus Arabicos nummos in regno suo cusisse dicitur, anno fugae Muhamedis LXXVI., Christi DCXCV. Testis est celebris auctor Elmacinus, in historia Arabica (14), cuius haec sunt verba: ابو جعفر . قال وفى هذه السنه نقشت الدنانير والدراهم بالعربيه وكان عليها قبل ذلك كتابه بالروميه وعلى الدراهم بالفرسيه واتخذ الحجاج دار الضرب ونقش على الدراهم الله صمد: „ Abu Giafar Muhamed.. Tabarita nar-

„ rat, eodem anno (LXXVI., aerae vulgaris DCXCV.) nummos aureos „ & argenteos, titulis arabicis inscriptos, cusos fuisse. Ante hoc „ tempus aureos Arabum nummos Graecas, argenteos Persicas in- „ scriptiones habuisse. Hegias primum in Arabia pecuniam cu- „ sisse, & nummis argenteis inscripsisse verba, *Deus est aeternus.*„

Huius vero primae Arabum pecuniae hodie ne vestigia quidem supersunt, atque, cum ex auro & argento puro, quo primi Ara-

(1) In museo Borgiano Velitris horum nummorum exstant novem, sex cum titulis Graecis, tres cum Parthicis.

(14) Editionis Erpenianae pag. 63.

Arabum principes ex Asiae spoliis abundabant, cusa sine dubio esset, eam ad alios nummos, vel ad monilia conficienda conflatam esse, verisimile est. Interim, cum Chalifa Abdomalek, teste eodem Elmacino, iam ante hoc tempus (an. LXXV. aer. vulg. DCXCIV.) Hegiagium Iraci praefectum constituisset: non in regia Chalifae, Damasco, sed in Iraco cusum fuisse primum nummum, animadvertimus, & quidem sine dubio Waseti, quae urbs ab ipso Hegiagio aedificata fuit, & cuius nummi, licet paullo recentiores, ad nos pervenerunt (15).

Defuncto Hegiagio sequentes in primis Iraci praefecti laudantur, qui nummos cudi curaverunt, Omar, filius Hobairae, tempore Chalifae Iesid II., ab anno fugae CI. ad CV., Chalad, filius Abdallae Casari, regnante Chalifa Hesciamo, annis CVI. ad CXIX., & ab anno CXX. ad CXXVI. Iusuf filius Omar (16). Exstat inter hanc periodum nummus argenteus in museo Borgiano Velitris Waseti cusus anno CXXIII., multis titulis e Corano sumptis ab ambabus partibus, tum in area, tum in margine circum aream ornatus, sed neque nomen Chalifae, cuius auspiciis cusus fuit, neque praefecti urbis exhibens. (Mus. Borgian. n. 1.) Animadtimus igitur, primos nummos Arabicos, qui nobis innotuerunt, titulos longe copiosiores habere, quam ille, qui teste Elmacino ab Hegiagio cudebatur. Per totum tempus, quo Chaliphae Ommiadae Damasci regnaverunt, usque ad annum CXXXII. (aerae vulg. DCCXLIX.) in nulla alia urbe praeter Wasetum nummos cusos fuisse verisimile mihi videtur.

Deinde, victis & interfectis Chalifis Ommiadis, ad *Abbasidas* regnum & Chalifatus transiit. Primus eorum princeps, Abulabbas alsafah urbem Anbar (الانبار) in Iraco aedificavit, & in eamdem regiam suam contulit. Successor eius Abugiafar al-Mansur urbem Bagdad exstruere coepit anno CXLV., (aer. vulg. MDCCXII.

(15) Vid. num. Borgian. I.
(16) Elmacinus loc. cit.

MCCLXII.), (17) quae deinde Chalifarum Abbaſidarum ſedes perpetua fuit. Huius periodi paullo frequentiores ſunt nummi, & in muſeo Borgiano aurei quatuor, argentei tres, aenei XI. conſervantur (n. II. ad XIX). In aureis urbs, ubi cuſi ſunt, non nominatur: ſed propter elegantiam quamdam & nitorem, quem prae ſe ferunt, vel e Waſeti, ubi artifices monetae exercendae iam peritiores erant, vel ob inſignem, quae inter eas & nummum XV. intercedit ſimilitudinem, e Cufae officina eſſe videntur. Nummi argentei & aenei autem in variis regni Califarum urbibus, Abbaſia, Cufa, Anbar, Bagdad, aliiſque cuſi ſunt, & plerique tam rudi arte percuſſi, ut prima opificum ſpecimina eſſe videantur. Ceterum neque iſti nummi Chalifae nomen indicant, ſed iiſdem fere, quam illi primi Waſetenſes, ſententiis tum in area, tum in margine ſunt ornati.

Imperium Chalifarum in dies accrevit, & tam vaſtum evaſit, ut ab uno regi nequiverit, ſed praefecti vicarii eligerentur, qui provincias expugnatas gubernarent. Huiſmodi praeſides primum ſubditi erant Chalifae, ſed mox, Chalifae abſentia & viribus ſuis freti, ab obedientia eidem praeſtanda ſubtrahere ſe coeperunt. Eodem tempore, ortis inteſtinis turbis & ſeditionibus, nationes barbarae Turcae, hanc occaſionem arripientes, optimas provincias in ſuam redigebant poteſtatem, e quo factum, ut vaſtum illud imperium in multa regna divideretur, Chalifae nihil, niſi auctoritate primi Pontificis relicta. Plurimi horum principum pecuniam etiam ſuo nomine excuſerunt, id quod abſolutae auctoritatis indicium habebatur: hoc tamen diſcrimine, qnod reges illi, qui olim Chalifae ſubditi fuerant, nomen Chalifae ſuo nomini praepoſuerint, utpote qui perſuadere populo cuperent, ſe ut veros Musleminos Chalifam legitimum Muhamedis ſucceſſorem agnoſcere, reliqui autem reges barbari, vel plerique eorum, ne hunc quidem Chalifae honorem tribuerint. A Chalifis ipſis ab hoc tempore pecunia cuſa non videtur: minime enim ad nos nullus eorum,

(17) Abulfaragius hiſt. Ar, p. 218. verſ. Lat. pag. 141.

eorum, quod sciam, numus pervenit. Incipit ergo a saeculo Muhammedanorum tertio, aerae vulgaris nono nova monetae Arabicae periodus, & ad hanc reliqui nummi omnes Cufici Borgiani referendi sunt. Qui ut facilius intelligantur, dynastias, a quibus nummi ad nos pervenerunt, secundum earum ordinem, paucis recensebimus.

Hispania, ut hic ordiamur, ab anno XCIV., (DCCXII.) quo a Musa, Africae Gubernatore, & eius duce Tarec expugnata & imperii Chalifarum provincia facta fuit, usque ad excidium regni Ommiadarum a praefectis tributariis gubernata fuit, qui cudendae pecuniae potestatem non habuerunt. Anno autem fugae CXXXVIII. (DCCLV.) transiit in Hispaniam Abulmodaffer Abderrahman, cognomine Abu-Soliman & Abu-Said, solus ex Ommiadarum nece superstes, eumque magnates Seviliae multique alii legitimum Chalifam, vel Muhamedis successorem agnoverunt. Expugnavit deinde totam Hispaniam & Chalifatum Ommiadarum ibi fundavit, qui trecentos fere annos floruit. Abderrahmen, cognomine Nasereddinallah, Abulmodaffar, mortuus anno CCCL. (DCCCCLXXVI.) fuit primus, qui titulo *Imam* (امام), quo Antistes sacrorum distinguebatur, publice usus est: antea solo titulo *Emir* (امير) Principis utebantur. Et Abulmodaffar Abderrahman, Hacami filius, qui ab anno CCVI. ad CCXXXVIII. (DCCCXXII. ad DCCCLII.) regnavit, primus suo nomine pecuniam excusit; antea pecuniam Asiaticam habebant (18). Nullum horum nummorum vidimus, nisi forte nummus aureus ambiguus Borgianus numero XX., ad eosdem sit referendus.

Africa, primum a tribu quadam Arabum Sarakin (سارقين), unde Saraceni dicti, (a Chr. DCXLVII.) deinde anno fugae LXV. (DCLXXXIV.)

(18) Deguignes histoire des Huns Tom. I. part. I. pag. 357.

(DCLXXXIV.) ab Acba filio Nafe (عقبه بن نافع) expugnata, diutius quam Hiſpania, in Califarum orientalium poteſtate manſit. Primi, qui abſolutum eius dominium ſibi adſciverunt, fuerunt Reges *Eddriſi*, poſteri Eddris, principis Arabis, e poſteris Alì. Succeſſor eius Eddris filius Eddriſi anno fugae CLXXIII. (DCCLXXXVIII.), ſecundum vulgarem ſententiam, vel ut Africanorum ſcriptor Mohamed Cartas (19) refert, anno CLXXXVIII. (DCCCIV.) urbem Fez exſtruere coepit. Regnarunt Eddriſi uſque ad annum Chriſti DCCCCVIII.; quo Obeid-Allah Mahadi, (عبيد الله مهدى) poſterum Fatimae, uxoris Muhamedis, ſe praedicans, omnes eorum provincias expugnavit, regnumque *Fatemidarum* fundavit, qui regiam ſedem primum Segilmeſſae & Cairuani habuerunt. Deinde Abu-Tamim (ابو تميم معز لدين الله) tertius eorum Rex, victoriis illis non contentus, totum Aegyptum regno ſuo adiecit, & urbem Miſr vel Cahira (قهره مصر) aedificavit, in quam, relicto in Africa praeſide, ſedem ſuam contulit (20). Eodem fere tempore Abubecr filius Omar, Arabs, in Mauritania regnum *Marabut* (21), Hiſpanice Almorabidos, fundavit, cuius filius Ibrahim Abu Tesfin anno CCCCXLIV. (MLII.) urbem Marocco exſtruere coepit. In primis incla-

(19) Hiſtoria haec ms. exſtat Hafniae in Bibl. excel. Comitis Thott. Verba eius ſunt: وكان ذلك فى عام ثمانيه و ثمانين ومايه وفى تلك السنه اسس السيد ادريس فاز „Accidit hoc anno CLXXXVIII. . . . Eodem anno fundavit Edris Fez.

(20) Abulfarag Dynaſt. IX.

(21) مربوط h. e. religioni addicti.

inclaruit eius succeſſor Iuſuf, filius Teſfin (22), anno CCCCLXII. (MLXIX.) Rex Sabtae, Tangiae, Salae & Aſſi renunciatus. Hic a rege Arabum in Hiſpaniam contra Alphonſum, regem Toleti, in auxilium vocatus, primum Granadam expeditionis ſuae praemium obtinuit, deinde anno CCCCLXXXIV. (MXCI.) cum formidabili exercitu redux, Sevillam omneſque reliquas Arabum in Hiſpania poſſeſſiones expugnavit. Neſcio, an ab omnibus hiſce principibus in Africa cuſa ſit pecunia; ab ultimo, quem laudavi, Iuſuf filio Teſfin, & ſecundo eius ſucceſſore Teſfin filio Alì, cuſos duo nummos aureos vidi, quorum tituli cum a ceteris Arabum nummis paullulum diverſi ſint, primi inſcriptionem in margine addendam putavi (23).

Fatemidos, quos laudavimus, in *Aegyptum* ſequemur. Iam anno fugae XX. (aerae vulgaris DCXLI.) ab Arabibus,

C prae-

(22) Mohamed Cartas eum nominat الامير يوسف ابن ابرهيم بن تاشفين الحميرى الصنهاجى.

(23) In area partis primae الامام عبد الله امير المومنين *Imam Abdallah, princeps fidelium*. Nomen Chalifae Abbaſidae Moctadi Billah Abulcaſem Abdallah, qui ab anno fugae CCCCXLI. ad CCCCLXXXVII. regnavit. In margine, بسم الله ضرب هذا الدينار بـ.... سنه اربع وسبعين واربع مايه *In nomine Dei cuſus eſt denarius* .... [ſine dubio, Marocci] *anno CCCCLXXIV.* [MLXXXIV.] Ab altera parte in area لا اله الا الله محمد رسول الله الامير يوسف بن تاسفين *Non eſt Deus, niſi Deus, eiuſque legatus Muhamed. Princeps Iuſuf, filius Teſfin*. In circulo ومن يتبع غير الاسلام دينا فلن يقبل منه وهو فى الاخرة من الخاسرين *Quicunque aliam, quam Muhamedis religionem profitetur, Deo acceptus eſſe non poteſt, & in altero mundo peribit*. Hic titulus in nullo alio Arabum nummo animadvertitur.

Ab eius ſucceſſore Ali ben Iuſuf nummum aureum cum iiſdem titulis Seviliae, ni fallor, A. DXVI. cuſum vidi.

praedae avidis, expugnatum fuit hoc regnum, & per CCCXXXVII. annos, (usque ad annum CCCLVIII., aerae vulgaris DCCCCLVIII.) a praefectis, quos Chalifae Bagdadenses cum titulo principum Aegypti (امرا مصر) constituebant, gubernatum (24). Deinde post Abu Tamimi expeditiones, in potestatem Fatemidarum transiit, qui illud CC., & qui excurrunt, annos (25) possederunt, multis Syriae urbibus cum eodem coniunctis. Chalifae titulo gaudebant, & Chalifarum Abassidarum inimicissimi semper erant; sed tamen in nummis solo nomine, principis fidelium, utuntur.

Iidem principes Fatemidae, qui Africam, Aegyptum & Syriae partem sibi subiecerant, *Siciliam* etiam vasto suo regno addiderunt. Iam diu ante, & in primis circiter annum aerae vulgaris DCCCXXVII., cum ex intestinis turbis & Michaëlis Balbi Augusti perditis moribus Graecorum imperium langueret, Saraceni, opportunam occasionem arripientes, varias Siciliae urbes expugnarunt, quae a ducibus regum Cairovani gubernabantur (26). Anno CCLXXIX., aerae vulgaris DCCCCVIII. Siciliam venit Almohadi, primus e Fatemidis Imperator, atque Saracenis aeque ac Christianis in fugam datis (27), administrationem novae huius sui regni provinciae gubernatori, sibi subdito, commisit (28). Ita Fatemidis subiecta mansit Sicilia usque dum a Normanorum ducibus

(24) Deguignes histoire des Huns Paris 1756. 4. Tom. I. part. I. pag. 237. 238.

(25) Usque ad annum fugae DLXVII. aer. vulg. MCLXXI.

(26) Seriem horum gubernatorum ex Ismaelis Abulfedae chronologia refert Io. Bapt. Carusius in historiae Saraceno-Siculae monumentis, & ex eo Muratorius in rer. Ital. script. tom. I part. II. Mediolani 1725. pag. 249. seq.

(27) Elmacini historia Saracenica l. II. c. 19.

(28) Horum gubernatorum historiam, ab a. f. 279. ad 409 e libro Asmodferi auct. Sciahaboddin fil. Abiddami refert Muratorius loc. cit. pag. 251. seq.

cibus Roberto & Rogerio Guiscardis, fratribus, victis Muhamedanis, feliciter tandem recuperata fuit. Exstant in museo Borgiano Velitris primi tres, quos novimus, nummi Cufici aurei in Sicilia a Chalifis Fatemidarum Dahero, & Hacamo cusi, nitidi & optime conservati. (num. XXI. XXII. XXIII.) Nescio, an multum ante Daheri tempus pecunia in Sicilia cusa sit: primo saeculo post expugnatam insulam, cum nimis turbulenta adhuc fuit gubernatio eius, cusam non fuisse verisimile est. Nummi Borgiani quartam circiter denarii Arabici partem valent; in eorum titulis post Muhamedem Ali Califa nominatur, & in parte adversa princeps Fatemidarum, qui non Imam, sed princeps fidelium vocatur.

In Aegypto Fatemidis successit dynastia *Aiubitarum*, (ملوك بنى ايوب) a Salah-eddin, filio Iobis (28), in historia bellorum sacrorum nomine Saladini celebri, anno DLXVII. (aerae vulg. MCLXXI) fundata. Mortuo Saladino, (anno DLXXXIX) regnum a filiis eius in multa regna dividitur, inter quae Aleppinum, Damascense, Hamense, & Emessanum ceteris sunt celebriora. Aegyptus anno fugae DCXCVIII. (aerae vulgaris MCCL.) a *Mamelucis* (29), vel servis, quos ad summos honores ultro sustulerant principes, expugnatur. Duo praestantissimi nummi argentei Aiubitarum in museo Borgiano Velitris exstant, unus ab ipso Saladino, alter a Rege Aleppino cusus: & plures nummi aenei. In omnibus ab una parte nomen Chalifae Bagdadensis legitur, id quod indicat, in precibus publicis etiam, quas *Cotba* nominant, & quae in oriente maximum absolutae auctoritatis indicium habentur, principes istos nomen Chalifae ante nomina

(28) الملك الناصر صلاح الدين ابو المظفر يوسف بن ايوب خليل امير المومنين est plenum eius nomen.

(29) Servus arabice dicitur مملوك *mamluc*.

ipsorum recitari iussisse. Attamen Saladinus in laudato nummo, principem fidelium se cognominat, qui titulus primum soli Chalifae tribuebatur.

Ex Hispania, Africa & Aegypto in *Transoxanam* & *Persiam* progredimur. Saman (زمعن) nescio quis, homo ex infima plebe, melioris sortis cupidus, cum cohorte latronum ad Chorasanum diripiendum venerat. Ibi cum familia sua, quae in dies accrevit, sedem suam figit. Demum unus ex eius posteris Ismael filius Ahmed, victo Chalifa Motaded, (anno CCLXXIX. DCCCXCII.) absolutum huius regni principem se denunciat, & dynastiam Samanidarum fundat, quae Chorasan, Transoxanam (30), & Persiam usque ad annum CCCLXXXIX. (DCCCCXCIX.) gubernavit. Ab his principibus multi nummi argentei, aureus nullus, ad nos pervenerunt, in urbibus Bochara بخارا, Samarcand سمرقند, Sciasc الشاش, Balch بلخ, Nisabur نیسابور cusi. Maiores sunt ceteris nummis argenteis Cuficis, sed tanto tenuiores. Tituli eorum hoc peculiare habent, quod area ex una parte duplici inscriptione circulari cingitur. In omnibus Chalifae nomen legitur, quibus plerumque nomen principis Samanidae sine ullo titulo vel cognomine est adiunctum. Semel nomen Regis scriptum inveni, ابوالحسن ولی الدولة الزمعنی *Abulhassan, Gubernator dynastiae Samanidarum*. In margine integram inscriptionem nummi Samanidici exempli caussa addidi (31).

Obser-

(30) Chorasan خوراسن, & Transoxana ماورا النهر ab antiquis nomine Sogdianae, vel Bactrianae coniungunitur. A flumine Oxo, Arabibus جیحون Gihon, dividuntur.

(31) Nummus hic, prope Pasewalk, Pomeraniae oppidum effossus, ab Olao

Obſervandum eſt, omnia fere horum nummorum exempla, quae nobis innotuerunt, cum aliis nonnullis antiquioribus in ſeptentrionis provinciis effoſſa eſſe, in oriente raro, imo ceteris Cuficis rarius inveniri. Anno MDCLIV. magna eorum copia Volini, Pomeraniae oppido, aratro detecta, & pars conflata fuit (32). Anno MDCLXIII. multi prope Colbergum in Pomerania inventi (33). Georgius Iacobus Kehr in libello ſuo de ſtatu monarchiae Aſiatico-Saracenicae XVII. nummos Cuficos antiquos, prope Gedanum effoſſos, erudite explicavit (34). Multi nummi, omnes Samanidici anno MDCCXXXIII. in Pomerania, aliique fere eodem tempore in Svecia, in Boruſſia, aliiſque provinciis detecti

ab Olao Gerardo Tychſen, Buzzovienſi profeſſore doctiſſimo, mihi maximopere colendo, aeri inciſus eſt.

In area primae partis legitur لله محمد رسول الله المكتفى بالله اسماعيل بن احمد *Deo. Mohamed eſt Dei legatus. Mocteffi Billah.* (nomen Chalifae Bagdadenſis) *Iſmaël filius Ahmed* (nomen principis Samanidi, qui ab a. 279. ad 295., aerae vulg. 892. ad 907. regnavit).

In margine, ut vulgo in omnibus nummis, *Mohamed eſt Dei legatus, quem cum vera religione miſit, ceteris omnibus praeſtantiori, licet contradicant infideles.*

In parte adverſa, in area: *Non eſt Deus, niſi Deus, cui ſocius non eſt.*

In primo circulo بسم الله ضرب هذا الدرهم ببلخ سنه ثلاث وتسعين ومائتين *In nomine Dei cuſa fuit haec drachma in urbe Balch, anno 293.*

In circulo exteriori لله الامر من قبل ومن بعد ويومئذ يفرح المومنين بنصر الله *Deo imperium fuit, & erit in aeternum: & gaudebunt fideles in auxilio Dei.* Coran Sura XXX. v. 4.

(32) Catalogus nummorum Iablonskianus pag. 426.

(33) Hottingeri bibliothecar. quadripart. Tiguri 1664. pag 116.

(34) G. I. Kehr de ſtatu monarchiae Aſiatico-Saracenicae e nummis Cuficis prope Gedanum effoſſis. Lipſiae 1724.

tecti sunt (35). Quo modo, quove tempore hi nummi in remotas illas provincias migraverint, cum contra in propinquioribus orienti, Italia, Gallia, nulli umquam sint inventi, arduum est perscrutari. Kehr, quem laudavimus, eos ab equite quodam ordinis Teutonici, a bellis contra Saracenos gestis reduce, in Borussiam inventos esse putat. Barthelemius, doctissimus Regis Galliae interpres, eos cum nationibus Tatarum vel Mogolorum, alii e bellis sacris, alii ex incursionibus populorum septentrionalium in Africam factis, in has provincias venisse censent. Omnes hae sententiae coniecturae sunt, nisi verae, ingeniosae tamen: nobis aliam brevibus addere liceat, quae an verisimilior sit, videant eruditi, videas tu, doctissime Praesul, cui has nostras lucubrationes dedicare voluimus. Commercio potius quam populorum migrationibus pecuniam divulgari, & ex uno in aliud regnum transferri, historia & experientia nos docent. Itaque si probare possemus, inter occidentis & orientis populos antiquitus commercium intercessisse, verisimillimum inde fieret, non alio modo, nisi mutua hac consuetudine nummos Arabum in septentrionis partes venisse. Iam vero non modo scimus, orientis populos, Arabes, Persas, Indos ab antiquissimis temporibus, ut milites intrepidos, & invincibiles, ita artium etiam cultores, commercii & navigationis peritos fuisse (36): sed in iisdem urbibus, Samarcanda & Bochara, ubi plerique nummorum in septentrione effossorum excusi sunt, medio aevo mercaturam egregie floruisse legimus. Singulis annis non modo e Persiae & Indiae urbibus, sed e Moscovia etiam mercatores eo appulisse, easque iterum naves cum suis mercibus per Oxum fluvium in mare Caspium, & deinde per flumen Volgam in Moscoviam, & in

(35) Nonnullos eorum erudite explicavit cel. Aurivillius in actis Upsalienſibus vol. IV. an. MDCCLXXV.

(36) Conf. Geographiam Nubiens. Climate I. part. 6., Abulfarag., aliosque.

& in portus maris Balthici misisse (37). Quid igitur, si ab istis mercatoribus Samarcandae & Bocharae, qui ad emendas merces non alios nisi Arabicos nummos habebant, pecunia Arabica primum in portus maris Balthici delata sit? deinde incolae harum urbium nummos argenteos in alias iterum urbes, cum quibus consuetudine iuncti erant, distribuerint, aureos autem ipsi forte conflaverint, quam ob rem argentei plurimi in iis provinciis, aurei nulli umquam sint inventi?

Sed ad rem nostram redeamus, & *Persiam*, quae adhuc nobis residua est, examinemus. Hoc regnum anno cccxxi. (aerae vulgaris DCCCCXXXII.) a *Buìdis* expugnatum fuit, qui a *Buia* piscatori Dilemensi, eorum parente, nomen invenerunt. Aucto eorum imperio variis de Arabia & Syria victoriis, regnum ita inter se diviserunt, ut ramus eorum unus Persiam, Iracum Arabicum, Cuzistan, Oman, Musul, Diarbeker obtineret, alius Bagdadum, tertius Irac-adgemi gubernaret. Bagdadensis princeps a Chalifa, precum publicarum suo nomine instituendarum, & pecuniae cudendae permissionem obtinuit, quae autem ad nos forte non pervenit. In eorum dominium successerunt *Selgiuci*, pastores, qui primum duce *Michaele* filio Selgiuc in Persiam & Corasan cum gregibus venerant. Hi ipsi pastores paullatim ad dominos se evehunt, omnesque provincias a Syria ad Cansegar sibi subiiciunt. Togrul-beg, Michaëlis filius, primus eorum princeps, Chalifae filia in uxorem ducta, Bagdadi (anno fugae CCCCXLVIII.) Saltanus salutatur, & posteri eius gratae mentis immemores, Bagdadum ipsum expugnant. Deinde (anno CCCCXCVII.) regnum dividitur, atque in quinque ramos abit, qui regna Persiae (38), Ker-

(37) Pierre Daniel Huet histoire du commerce & de la navigation des anciens, Paris 1716. 8. Chap. XI. XII. XIII. L. in primis chap. LIII. p. 361. 362. Chap. LIV. p. 394.

(38) Principes Persiae regiam Ispahani, Hamadani, & Rei habuerunt.

Kermani (39), Iconii (40), ceterarumque urbium a Laodicaea ad Helleſpontum, Aleppi (41), & Damaſci (42) efficiunt. Perſiae Rex tertius Malecſcah (electus a. CCCCLXV. MLXXII.) primus omnium a Califa titulum *principis fidelium* accepit, qui adhuc Chalifae proprius fuerat.

A Selgiucis pecuniam cuſam fuiſſe, ex Abulfaragio diſcimus (43), atque e muſeo Borgiano confirmamus. Narrat ille, tres Gaiateddini, regis Iconii vel Rumi filios, Aſeddin, Rucneddin & Alaêddin communem pecuniam cuſiſſe hoc titulo, *Magni Sultani, As, Rucn & Ali* السلاطين العظما عز وركن وعلى. Idem refert (44), laudatum Gaiareddin, cognomine Kaikoſru, mortuum anno MCCXLIV. aerae vulgaris, in uxorem duxiſſe filiam regis Georgiae, eiuſque effigiem pecuniae imprimere voluiſſe: datum autem ei fuiſſe conſilium, ut figuram leonis, cui inſiſteret ſol, in nummis effingeret, quae imago & horoſcopum ipſius & honorem, quo augere vellet uxorem, optime referret. Regem hoc conſilium ſecutum fuiſſe, e nummo cum iiſdem ſymbolis ab eo cuſo, qui in muſeo regio Pariſiis, & in Borgiano exſtat, animadvertimus (45). Imago illa ſignificabat, tum ſolem in ſigno leonis fuiſſe, cum natus eſſet rex, tum, cum leo virtutis, ſol venuſtatis ſymbola ſint, indicabat, ſtellam, quae regis nativitati praefuiſſet, iam regno invincibilem principem pulcherrimae uxori coniunctum dare

(39) Ab anno CCCCLV.

(40) Arabibus Coni, ab an. CCCCXLVII. ad DCCVIII.

(41) Ab anno CCCCLXXI. ad DXI., quo anno Aleppus regi Turcomanorum Ortocidarum ſe dedit.

(42) Ab anno CCCCLXXXVIII., ad DXCIX. regiam Iconii, & Nicaeae habuerunt. Ab Arabibus dynaſtia *Graeca* روم appellatur, quia hae urbes Graecis ſubiectae fuerant.

(43) In hiſtoria dynaſtiarum edit. Pocokii pag. 492.

(44) Loc. cit. pag. 487. verſ. lat. pag. 319.

(45) Barthelemy in diſſertatione laudata eum aeri inciſum exhibet. Inter nummos Borgianos XXXII.

dare voluisse. Hic celebris nummus in museo Borgiano exstat n. XXXIII., cum aliis duobus eiusdem dynastiae XXXI. XXXII.

Hac occasione ad aliam dissertatiunculae partem procedimus, ubi de nummis Cuficis figuris ornatis agemus. Omnes, quos adhuc recensuimus, nummi ab utraque parte vel sententiam aliquam Corani, vel nomina principis, & loci, ubi cusi sunt, atque aeram exhibent. Post duodecimum saeculum aerae vulgaris nonnulli principes figuris ornare nummos coeperunt, iisque non solum legi, vel traditionibus, sed saepe moribus etiam Arabum quam maxime contrariis. Diu nos vexavit earum origo & explicatio, usque dum in eruditam Barthelemii de figuris illis dissertationem (46) incidimus, eique pleraque, quae hic dicemus, nos debere grato animo confitemur. Duo in primis dubia inquirenda, atque enodanda videntur; primum, quomodo fieri potuit, ut Muhamedani, qui effigies, figurasque odio habent, in nummis etiam, qui vulgi manibus teruntur, aperte figuris uterentur? Alterum, quid sibi vult ista contradictio, quae inter hos nummos & mores Arabum, inter figuras & inscriptionem, quae figuras circumdat, animadvertitur? Ad primum quod attinet, nulli huiusmodi nummi, nisi a Turcomanis, & Selgiucis excusi innotuerunt. Hi vero populi barbari & inculti, nonnulli pastores, alii latrones e remotis provinciis in fertiliores Asiae partes profecti, θρησκειαν Muhamedanorum, cuius cognitionem nec habebant, nec habere curabant, nullam aliam ob caussam accepisse videntur, quam ut provincias a Muhamedanis habitatas, maiori fortuna expugnarent, & maiori securitate tenerent. Quid mirum, principes istos elegantiae caussa figuris ad exemplum aliarum gentium pecuniam exornavisse? Accedit, quod non ad sanctiores leges pertineat illa de figuris odio habendis, quae hodie a multis Muha-

(46) Dissertation sur les medailles Arabes de Mr. l' Abbé Barthelemy, dans les memoires de l'Academie royale des inscriptions tom. XXVI. Paris 1749. 4. p. 557. & suiv.

medanis peramantur (47). At vero Muhamedani, vel Turcae isti artium omnium, quae e pictura oriuntur, hoc tempore imperiti erant, nec figuram formare, nedum principis effigiem in pecunia reddere intelligebant. Alieno itaque auxilio opus erat: & opifices, ut voluntati principis aliquo modo satisfacerent, figuras ex Graecorum & Latinorum typis, prout illis forte obveniebant, in nummis describere, & regis nomen arabice illis addere incipiebant. Hinc oritur ille dissensus, illa ridicula contradictio, quam inter figuram & titulos unius, eiusdemque nummi observamus. Celebris Barthelemy nonnullos nummos e museo regio in laudato libello erudite explicavit, quorum unus nomen regis Turcomanorum Husameddin Timurtasc, & ab alia parte effigiem Antiochi VII., Regis Syriae, exhibet; alius Imperatorem Romanum Diogenem, manu globum tenentem, & a beata Maria coronatum, cui nomen regis Turcomani, Nogem-eddin Albi, additur; immo unus ornatus est ab una parte sanctissimi Servatoris nostri effigie, nimbo circumdato, profanato ab altera nomine regis cuiusdam Ortocidarum, Cara Arslan. In posterum artifices peritiores effecti veram etiam regis eorum effigiem, vel res eius gestas in pecunia pinxisse viden-

(47) Sciitae in Persia, & Sunnitae in India tabulas pictas, teste Niebuhrio, publice tenent. Idem Cairi apud eruditum Muhamedanum tabulas aere incisas, & statuam vidit. (Niebuhr description de l'Arabie pag. 23.) Eodem modo hoc praeceptum hodie negligitur, ut illud, quo vinum prohibetur. Immo in magicis instrumentis religionis caussa adhibentur figurae hominum, animalium cet. quod e duabus pateris antiquis patet, in museo Borgiano adservatis. Una minor & recentior proficit, ut extrinsecus scriptum legitur, contra morsum serpentis, scorpionis, canis, partum difficilem, colicum dolorem cet., si laborans ex ea aquam vel aloe calefactum bibat: & intrinsecus praeter formulas magicas & imprecationes figurae serpentis, scorpionis & embryonis animadvertuntur. Altera maior & antiquior contra eosdem morbos medicinam adferre dicitur, easdemque fere figuras exhibet, quibus in centro delineatio templi Meccani, Niebuhrianae (description de l'Arabie Tab. xxi.) in omnibus similis additur, e qua tum praestantia huius monumenti, tum diligentia cel. Niebuhrii in examinandis, & investigandis rebus Arabum confirmatur.

dentur, plerumque autem male & rudi arte. Ad hos pertinet nummus nitidus Gaiateddini, supra laudatus: quem cum aliis huiusmodi infra inter nummos Borgianos explicabimus (n. XXXIII XXXIX. XLV.) Cel. Niebuhr (48) duos huiusmodi nummos refert, in quorum utroque princeps pedibus contortis orientalium modo sedet, unus lunam crescentem, quam duae stellae sequuntur, manibus tollens, alter manu caput Christiani tenens, quorum etiam similis alter infra n. XLI. explicabitur. Ceterum observandum adhuc est, omnes nummos figuris ornatos, qui ad nos pervenerunt, aeneos esse, nullum aureum vel argenteum inveniri (49), atque morem imaginibus in pecunia utendi, sicut mores omnes cessant, post duo vel tria ab eius institutione saecula interiisse (50).

Ex illis, quae adhuc diximus, praecepta quaedam vel signa constituamus, e quibus facile nummi Arabici antiqui, vel Cufici diiudicari queant. Antiquissimi & plurimi nummorum Arabicorum ab utraque parte versibus Corani signati sunt, quibus nomina regis, & urbis cum aera nummi in circumferentia addi solet. Nummi a Chalifis primo florentis imperii tempore cusi, neque principis neque urbis nomen, sed aeram tamen exhibent. Contra nummi omnes, qui vel ab una, eademque parte post nomen Chalifae aliud nomen addunt, vel ab una parte Chalifam, ab altera alium principem nominant, a gubernatoribus cusi sunt, qui olim Chalifae subditi fuerant, vel generatim ab iis principibus,

(48) Carsten Niebuhr description de l'Arabie. Copenhague 1773. tab. x.

(49) Solus Gaiateddini nummus argenteus est, & figuris, ad historiam eius spectantibus, ornatus. Puto, *cum typis Christianorum*, aeneos tantum nummos signatos fuisse, eo fine, ut a Christianis etiam in solvenda, vel commutanda pecunia acciperentur.

(50) Iamdiu nihil aliud in pecunia scribitur nisi nomen principis, & urbis, ubi cusa fuit; tantum in Persia utuntur adhuc pecunia aenea, quam *pul*, vel *casbeki* dicunt: solis & leonis figura, ut illa Gaiateddini, ornata. Huiusmodi nummus exstat in museo Borgiano inter eximium nummorum recentiorum Arabicorum apparatum, qui numerum cc. superat, varietate distinctorum.

qui Chalifae, ut Muhamedis ſucceſſoris auctoritatem agnoſcebant. Reliqui, in quibus ſolum principis nomen animadvertitur, ad illos reges, qui Chalifae auctoritatem diſputabant, ut Chalifas Fatemidas, vel ut plurimum ad reges barbaros Turcas pertinent. Principes Fatemidae in pecunia non quidem titulum Chalifae, ſed tamen *principis fidelium* uſurpant, qui privatus pertinebat ad Chalifas: ceteri reges vulgo titulum *malec* regis, raro ſultani ſuſtinent. Nummi principum e poſteris Saladini, qui in Aegypto, aliiſque provinciis regnarunt, inter omnes facile eo dignoſcuntur, quod variis lineis ſtellae inſtar condecorati ſunt. Nummi figuris, imaginibuſque ornati, recentioribus temporibus cuſi ſunt a regibus quibuſdam Selgiucorum, & Turcomanorum.

Deniqne, ut pauca de materia nummorum Cuficorum adhuc adiiciamus, antiquiſſimi eorum vel aurei vel argentei ſunt; aenei primis Muhamedanorum ſaeculis, cum auro & argento abundabant, raro cuſi videntur. Utrique nominibus Graecis, aurei دنانير *denarii*, argentei دراهم *drachmae* (51) appellabantur, e quo illud confirmari videtur, quod Elmacinus (l. c.) refert, Arabes primum pecunia Graeca uſos fuiſſe. Deinde nummi aurei, cum non omnes eiuſdem probitatis eſſent, e nomine Chalifae, cuius titulum exhibebant, varia cognomina acceperunt, quo facilius diſtinguerentur, e. c. dinar Giafarinus, dinar Nazarinus, atque

(51) Hadrianus Relandus a voce درهم, (mendoſe ſcripſit درحم) quam in Perſica lingua antiqua iam obtinuiſſe credit, deducendam putat Graecorum vocem δραχμα, quae & δαρχμα ſcribitur, teſte Heſychio, quae ſcriptio ad orientalem propius accedit. Relandi diſſert. miſcellaneae part. II. diſs. de veteri lingua Perſica. Edit. II. Traiecti 1713. p. 176. Valeant ergo, addit, vocis drachmae etymologiae απο του δρακος δραξασθαι. Mihi quidem (venia viri magni dictum ſit) probabilius videtur, Arabes utramque vocem *drachmae* درهم, & *denarii* دينار a Graecis accepiſſe. Hodie pro pecunia generatim ab Arabibus adhibentur.

atque aurum horum nummorum a vocibus *emir almumenin*, quae in iisdem vulgo leguntur, *aurum Emiricum* dictum fuit. A seculo XII. aerae vulgaris frequentes sunt nummi aenei, rariores aurei, & argentei. E vitro etiam nummi quinque in museo Borgiano exstant, quos valorem instar pecuniae umquam habuisse, ex eorum titulis in dubium vocamus.

CAPUT III.

DE USU ET PRAESTANTIA NUMMORUM CUFICORUM.

Observationes historicae, & geographicae in nummos Cuficos.

SEd quam quaeso isti nummi barbari utilitatem nobis afferunt, & cui bono est haec nostra disquisitio? Supereſt, ut huic adhuc obiectioni respondeamus. Disquisitiones etiam illae, quae nullam omnino litteris afferre videntur utilitatem, saltem utilitatem habent eam, ut a simili labore, a nobis iam peracto, temperare possint posteri nostri: atque omnino viator ille sibi placebit, & in patriam redux laudibus celebrabitur, qui novam quamdam insulam detegit, licet eam numquam colendam, & habitandam fore, sibi persuadeat. Sed aliter nummorum Arabicorum ratio est comparata. Si nummi Samaritani (52), licet paucis annis, tituliſque concludantur, sunt egregia antiquitatis monumenta, ut nuper demonstravit cl. Franc. Perezius Bayerus (53), edito

(52) *Nummi Samaritani* dicuntur nummi Iudaeorum, litteris Samariticis signati.

(53) Huiusmodi nummi pertinent ad Simeonem Machabaeum, & spatio quatuor annorum continentur. Hos autem titulos exhibent simul collectos a clariss. Francisco Perezio pag. 171. *Siclus Israel anno I. Ierusalem sancta = Anno I. redemptionis Israel = Simon. Libertatis Ierusalem = Simon princeps Israel. Anno I. redemptionis Israel = Siclus Israel anno II. Ierusalem sancta = Simon. Anno II. libertatis Israel = Anno secundo. Libertatis Sion = Anno tertio. Libertatis Sion = Anno IV. dimidius* (siclus). *Redemptionis Sion = Anno IV. quadrans. Redemptionis Sion*

edito Valentiae Edetanorum anno MDCCLXXXI. *de Nummis Hebraeo-Samaritanis* egregio commentario, quo magno tum eruditionis, tum linguarum apparatu illos docte diligenterque illustratos publi-

Sion = *Anno quarto*. *Redemptionis Sion*. His Iohannis Hyrcani nummus accedit, signatus, *Ieochanan*, *sacerdos princeps* (pag. 182.) Mihi tres tantum nummos Hebraeo-Samaritanos vidisse contigit. Unus argenteus est, & ab aliquibus doctis viris genuinus habitus, prorsus iis similis, qui a cel. Perezio ad annum secundum Simeonis referuntur, cum iisdem typis, eadem inscriptione, verbis *Ierusalem sancta*, cum XIII. litteris scriptis cet., sed spurius, nisi omnia me fallunt. Mutua depressio, & elevatio areae huius nummi, quae arte laevigata videtur, cavitas nummi in centro, vestigia aperta, sole meridiano clariora caeli, quo circa litteras, figurasque veluti furcum scalpserunt, ut scriptura acutior appareret: indicia sunt adulterini nummi, quibus contradici non potest. Provoco ad rei nummariae peritos, eosque invito, ut nummum illum, qui in *museo Borgiano* Velitris exstat, suis oculis inspiciant, atque decernant. Vix etiam verisimile mihi videtur, litterarum angulos, ne minima quidem iniuria in hoc nummo laesos, tanti siclorum vetustati respondere. Equidem nummum conflatum fuisse, deinde cum in fusione figurae, litteraeque crassae, & obtusae evadant, scalpro expolitum censeo. Haec ea ratione adnotavimus, ut cautionem, sagacitatemque omnibus nummos Samariticos examinaturis commendemus. Unum addo, similitudinem, atque aequitatem, quam inter nummos eiusdem anni intercedere animadvertimus, nisi omnia me fallunt, haud certum indicium esse integritatis nummorum, vel signum, eos ex una, eademque officina monetaria provenisse: inter nummos enim adulterinos, uno eodemque modulo infusione conflatos, eamdemque prorsus similitudinem convenire oportet. Alter nummus Samariticus, quem vidi, aeneus est, & in eodem *museo Borgiano* adservatur. Hunc eadem facilitate cusum, & antiquum, ideoque probabiliter genuinum esse, censeo, qua illum spurium dixi. Est eiusdem formae, qua ille, quem laudatus Perezius inter nummos aeneos minimi moduli anni IV. Simeonis recenset, quique iam a Beniamino Kennicotto (in libro, *Remarques critiques sur I. Samuel. chap.* VI. pag. 34.) delineatus fuit, cum figuris cedri, & vasis, & titulo שנת ארבע לגאלת ציון Samaritice. Tandem tertium nummum aeneum vidi in museo *Seren. Ducis Megalopolitani*, qui etiam integritatis signa habet, cum figura arboris forte opobalsami, & littera ש ad unum latus, quae שנת indicat, ad alterum numerum anni, sed detritum, in parte adversa figura vitis cum titulo לחר יש h. e. להרות ישראל litteris Samariticis scripto.

publicavit: quantivis omnino pretii, atque insignis utilitatis esse etiam debent nummi Arabici antiqui. Inter tenebras, in quibus omnia fere iacent, quae ad orientis historiam pertinent, in unoquoque fere nummo antiquo Arabum mysterium aliquod tolli, & novus lucis radius oriri nobis videtur. Titulus nummi imprimis vulgo nos docet tempus & locum, quo cusus fuit, & nomen & cognomina principis exhibet. Sed quantum generatim faciant nummi Cufici ad historiam Arabum vel illustrandam, vel confirmandam, atque ad novas de ipsorum moribus observationes instituendas, e musei Borgiani explicatione, quam tamen pro iuvenilis nostrae aetatis imbecillitate, & festina manu conscripsimus, ubique fere patebit. Docebit nos haec nummorum Cuficorum collectio, ut exempla quaedam afferamus, principes Aiubitarum, qui Aleppi regnaverunt, non, ut adnotavit cel. Déguignés in historia Hunnorum, potestatem absolutam habuisse, sed subiectos fuisse regibus Damasci, (num.xxvi.) Vestigia quaedam commercii, quod antiquitus inter Bocharam, aliasque urbes, & civitates mari Balthico propinquas intercessit, reliquerunt nobis nummi Cufici in septentrione frequenter aratro detecti. Observabimus, Imperatores Africae, Aegypti, & Siciliae, e posteris Fatimae, qui Chalifarum titulum usurpabant, non, ut Chalifae Damasceni, & Bagdadenses, placita sectae Sunnitarum secutos fuisse, sed Sciitis adhaesisse, ut hodie Persae. Hinc demum explicari potest infensissimum odium, quod, animadvertente cel. Déguignés in laudata historia (54), exercebant Fatemidae in Chalifas Bagdadenses, quod non ex invidia, sed ex zelo religionis natum, & profectum est; quemadmodum hodie adhuc inter Sunnitas, & Sciitas acerrimas simultates intercedere scimus. (v. num.xxi. seqq.) Egregie confirmabimus morem illum Turcarum, a cel. Barthélemy erudite explicatum, imagines, atque typos e pecunia Graeca, & Latina Christianorum in suos nummos transferendi, sive eorum nummos, additis nonnullis dumtaxat notis, & signis, denuo supponendi. Novam observationem facie-

(54) Mr. Déguignés histoire des Huns tom.1.par.1. pag. 366.

ciemus ; per quam patebit , morem obtinuisse apud principes Arabum , qui homagium , vel religionem obsequii solemniter Chalifae confirmare vellent , ut non tantum inter vota publica in templis facienda eius nomen nominarent , sed in pecunia illud ipsorum nominibus adderent : atque igitur e nummis dignoscemus , quis princeps Chalifae auctoritatem agnoverit, quis vero minus . Explicabimus in fine tres praestantissimos nummos Cuficos , a Rege Toleti Alphonso cusos , e quibus varias novas observationes instituimus .

Geographiae etiam cultorem iuvant nummi antiqui Arabum, cum ex iis non tantum , quomodo recte scribantur nomina urbium , sed etiam , quae cuiuscunque regni , vel provinciae antiquitus regia & princeps urbs fuerit (in ea enim nummi excudebantur) atque *epocas urbium* , regnorumque intelligimus . Eo enim tempore in primis floruerunt , quo regum sedes , atque officinis monetae instructae erant .

Observationes palaeographicae in nummos Cuficos .

Neque hic unicus horum nummorum usus est, qui ad historiam , & geographiam pertinet . Palaeographiae etiam Arabum, & philologiae generatim insignem utilitatem afferunt .

De litteris Cuficis , quibus tituli eorum scripti sunt , iam supra pauca disseruimus ; & fuse de iis egimus in dissertatione , *Altonae* anno elapso edita , *descriptionem codicum Cuficorum Hafnienſium* sistente . Quod de huius scriptionis origine , & divulgatione ex auctoribus Arabicis ineditis intelligimus , in his in primis consistit . *Marar, Morrae filius* مرار بن مره الانبارى , *Ambarienſis* primus , paullo ante Muhamedis tempus , Arabicam linguam Syriacis litteris scribere incepit , vel antiquos Arabum characteres ad similitudinem Syriacorum commutare . Hic mos primum *Hirtae* , urbe Mesopotamiae , Cufae propinqua , obtinere coepit : deinde in *Meccam* transiit , & demum , eum Cora-

Coranus iisdem litteris scriberetur, in totam Arabiam, omnesque provincias ab Arabibus expugnatas se diffudit. In primis in usu erant *Cufae*, quam ob rem nomen Cufensium, vel Cuficorum acceperunt. Hae litterae, ut in eadem dissertatione e codicibus Hafnienſibus, eleganter scriptis, observatum est, crassae sunt, & maiusculae, stilo vel calamo non fisso scriptae, spatiosae, angulatae, signis diacriticis, quibus litterae figura aequales discernantur, rubrisque demum punctis loco vocalium ornatae. Alphabetum illud, ut omnibus, quae nova sunt, & in communem consuetudinem abeunt, accidere solet, non semper constantem, eandemque formam retinuit. Arabes, elegantiae scribendi supra modum forte studiosi, variis lineolis, ornamentisque illud augere inceperunt, e quibus denique alia scriptio orta est, quae primo obtutu a Cufica omnino aliena videtur, & re vera *simplicitati*, *maiestatique* Cuficae scripturae (55) longe inferior est. A nostratibus *Carmatica* vulgo dicitur, sed minus recte, cum Firusabadensis in Lexico suo manuscripto Carmaticas litteras *tenues, atque subtiles* appellet. Nummi Arabici antiqui maximam partem litteris illis Cuficis ornati sunt: Carmaticas in titulis sepulcrorum, cet. in primis usurpatas esse videmus: sunt tamen & nummi nonnulli, qui easdem litterarum figuras exhibent, ad quos nummos musei Borgiani XXIV. XXVI. XXVII. XLIII. LII. LIII. referendos censeo. Cum autem lineae litterarum subtiliores in aere effingi non possent, figuras earum in nummis, lapidibusque aliquo modo commutare necesse erat: e quo levis varietas orta est, quae inter characteres nummorum, librorumque intercedit, quarum tamen huic & libris scriptis probatae, & veras litterarum formas exhibenti principatus omnino est tribuendus. De quibus ut quisque suis oculis facile iudicet, improba diligentia ex omnibus musei huius nummis, litterarum formas, quotquot varietate distinctas reperi, in tabula prima, huic opusculo annexa, delineavi, com-

(55) Specimen Cuficae scripturae dissertationi supra laudatae adiunxi. Alia varia specimina apud me exstant, illo splendidiora.

paratas cum litteris eiusdem scripturae Cuficae, ut in codicibus bibliothecae regiae Hafnienſis exaratae animadvertuntur.

His praemiſſis, progredior ad illud, quod peculiare eſt titulis nummorum Cuficorum. Ob eamdem rationem, quod nimis durum atque ad formandas lineas ſubtiliores ineptum ſit aes, in nullo nummo Arabico antiquo litteras figura conſimiles ſigno quodam diſtinctas videmus. Id quod magnae interdum lectori exercitato etiam in hoc ſcribendi genere difficultatis eſt, & rudem omnino deterret, cum unaquaeque fere vox multifariam poſſit explicari. (e. c. ب legitur, vel بين *inter*, vel بيت *domus*, vel تين *ficus*, vel باب *porta*, vel بات *veniet*, vel ثلث *tres* cet. prout puncta addis) Itaque in omnibus antiquis numm is Arabicis, iiſque longis titulis ſignatis, xv. tantum, vel ſi ſubtilius eos examines, xvii. litterarum notae animadvertuntur (56), quia nulla linea vel puncto quodam diacritico ab eius ſimili diſtincta eſt. Ex ea obſervatione multi eruditi, iique magni nominis, efficere voluerunt, Arabes antiquos in Alphabeto Cufico xvii. tantum litteras habuiſſe, ceterarumque notarum defectui diverſa uniuſcuiuſcumque pronunciatione ſuppleviſſe; eodem fere modo, quo alii e nummis Samaritanis, regnante Simeone Machabaeo cuſis, antiquis Hebraeis xvi. vel xvii. tantum litterarum elementa fuiſſe concludunt. Sed illos erraviſſe, e monumentis Cuficis manuſcriptis antiquiſſimis, in quibus omnino lineolis diſtinguuntur litterae figura conſimiles, nuper a nobis comprobatum eſt (57); atque etiam minus firma videtur horum ſententia, qua idem de nummis Samaritanis ſtatuunt (58).

Sed

(56) Si figuras litterarum initiales obſervas, xv. tantum; ſed ſi formas finales inſpicis, quibus *nun* & *ie* a *be* differunt, xvii.

(57) In deſcriptione cod. Cuficorum Hafnienſium, Altonae 1780.

(58) Alphabetum Hebraicum antiquum, ut Graecum, ſedecim tantum litterarum figuras habuiſſe, deficientibus ſex ץ פ ס כ ט ז ab Aſſyris deinde aſſumtis, aſſerit eruditiſſimus *Franciſcus Pèrezius Bayer* in ſplendido opere *de nummis Hebraeo-Samaritanis*, edito Valentiae Edetanorum MDCCLXXXI. cap. xi. pag. 225. Taceo cetera argumenta, qui-

Sed animadverto, defendendam mihi esse hoc loco auctoritatem harum linearum, quibus argumentum meum innititur, cum eam ab eruditis nonnullis in dubium revocari videam. In primis cel. virum *Ioh. Casparem d'Anssе de Villoison*, Graecis litteris egregie eruditum, ob doctrinam aeque ac humanitatem omni observantia mihi colendum, aetatem punctorum vocalium in scriptura Cufica suspectam habere video, atque lapsis his punctis, labuntur simul lineae diacriticae. Observaveram in libello de codicibus Cuficis Hafnienſibus, puncta rubra, quae vocales indicant, atque lineas diacriticas eiusdem probabiliter antiquitatis esse, ac sunt litterarum notae. Cel. de Villoison in egregio, quem publicavit libro, *Anecdota Graeca* inscripto (Venetiis 1781 Tom. II. pag. 150.) sententiam meam damnat, cuius fortassis caussa ea tantum est, quod argumenta mea nimis breviter & concluse exposuerim. Illud libenter a me conceditur, & in dissertatione laudata iam observatum fuit, *non eodem temporis momento* in illis codicibus regiis Hafnienſibus scripta fuisse puncta vocalium & litteras cum suis signis vel lineis depictas. Sed hoc non ita intelligendum est, quasi recentioris aetatis sint puncta. Quemadmodum hodie Hebraei amanuenses (סופרים dicuntur) codices bibliorum sacrorum scripturi, primum consonantes tantum calamo crasso scribunt, deinde calamo acutiori nostro fere modo temperato (59) puncta vocalium, & accentuum addunt, nec ob

quibus hanc coniecturam probabilem reddere tentat cel. auctor: illud autem, quod e nummis Samariticis arcessitur, suspectum mihi videtur. Tota enim eius vis in hoc consistit. Si in nummis Samaritici voces, quae hodie e. c. cum *Tet* ט, aut *Pe* פ scribuntur, cum *Dalet* ד, aut *Bet* ב scriptae reperiuntur: probabile est, antiquos Hebraeos litterarum notis *Tet*, & *Pe* caruisse. Sed cum in nummis usque dum repertis omnino non exstent voces, quae cum litteris *Tet*, & *Pe* secundum hodiernos Hebraicae linguae magistros scribi deberent: ex hoc defectu haud argui potest, in antiquo Hebraeorum alphabeto easdem litteras defuisse.

(59) Hoc in caussa est, cur in codicibus antiquis bibliorum Hebraicorum saepe puncta tenuiore, & palidiore atramento scripta, inve-

id puncta recentioris aetatis dicuntur, quam consonantes: ita & Arabes antiqui non potuerunt non scribere primum litteras, lineasque atramento nigro, deinde rubro colore puncta adiicere. Hoc non impedit, quin eiusdem aetatis dicam puncta & litteras Cuficas; id quod hoc argumento probare volui: *Illud manifestum, ad antiquam scripturam Arabicam Cufensem pertinere puncta illa rubra, cum in recentiori lineis loco punctorum notatae sint vocales. Inde verisimile est, illa ab initio litteris addita fuisse.* Paullo longius illud exponam, atque sententiam meam extra dubitationem positam esse, intelligemus. In antiquis codicum Cuficorum reliquiis *vocales punctis* rubris indicatas, *litteras* vero figura inter se similes *lineolis* distinctas videmus: contra in scriptura, qua hodie utuntur Arabes, *litterae punctis* discernuntur, *vocales lineolis* indicantur. *A prima huius novi scribendi generis institutione* morem illum obtinuisse, vocales lineis, litterarum valorem punctis indicare, tam certum est, ut etiam in quibusdam nummis (60), vel monumentis, quae post inventam scripturam recentem litteris Cuficis antiquis ob maiorem eorum perspicuitatem signata sunt, non lineae antiquae, sed puncta noviter inventa animadvertantur. Novum hoc scribendi genus, quod hodie adhuc usu floret, inventum a Moclense dicitur, mortuo anno DCCCCXXXIX. aerae vulgaris, sed a Bauvabo primum anno MXXXI. ad perfectionem ductum fuit (61): atque iam MLXXXI. adhibita fuisse signa recentia manifestum est e titulo sepulcrali, Cuficis litteris eodem anno in marmorea tabula exarato, quem Puteoli in murum domus cuiusdam compactum inspexi (62). Aeram

inveniuntur, quam consonantes, e quo plurimi immerito efficere voluerunt, puncta recentioris esse aetatis, quam consonantes. Eheu, quantum alucinati sunt eruditi in critica sacra!

(60) Vid. nummos musei Borgiani LII. LIII. & tres ultimos Hispaniae.

(61) Consulas, ne omnia iterum repetam, dissertationem de codicibus Cuficis Hafnienfibus, Altonae edit. 1780.

(62) Bene eum cum tribus aliis delineavit Abbas Pompeius Sarnellius in libro *Guida de' forestieri per Pozzuoli, ou la Guide des etrangers par Pouffol*, italice & gallice edit. Neapoli 1697. 8. pag. 64.

ram e. c. hoc modo, & cum his punctis ſcriptam inveni. (Litteras in recentes Arabum commuto, cum Cuficae in officina deſint.)

اربع عشر يوم من شهر رمضان (h. e. رمضان) سنه (سنة)
اربع (اربع) وسبعين واربعماية (واربعمابة)

die 14. *menſis ramadan*, *anni* 474. *h. e. aerae vulgaris* 1081. Eodem tempore, quo punctis diſtinguebantur litterae, puncta vocalium in lineas commutatas fuiſſe neceſſe eſt, ne infinita confuſio oriretur. Itaque ſic ſtatuo, puncta vocalium, & lineas diacriticas, quae in libris Cuficis cernuntur, annum MLXXXI., vel quod inde ſequitur, inventam ſcripturam recentem antiquitate praecedere, atque, ut in diſſertatione laudata dixi, *ad antiquam ſcripturam Cuficam pertinere*, eique propria & peculiaria eſſe. Cum autem ſcriptura Cufica in libris, ubi tantum puncta vocalium litteris addi ſolent, vix tercentum annos obtinuerit (63): *maxime veriſimile eſſe* dixi, puncta illa, de quibus agimus, *ab initio litteris fuiſſe addita*, non in interitu ſcriptionis Cuficae inventa, & ſubito iterum abrogata. Haec ſunt argumenta, quibus ſententiae meae fidem facio: contra vero cel. Villoiſoni oppoſitam opinionem nullis argumentis confirmatam eſſe video.

Sed mittamus diſputationes, & a longa aberratione, quae inter ſcribendum nobis accrevit, ad aliam obſervationem progrediamur. Invenimus inter nummos Borgianos (n. XLVI.) primum monumentum cifrarum, vel notarum numeralium ab Arabibus adhibitarum, anni, ni fallor, MCLXXXIX. In omnibus aliis nummis Cuficis aera vocibus integris exprimitur, quae contra hodie in nummis Arabicis ſemper notis numeralibus indicatur, e quo cum magna veriſimilitudine tempus definiri poteſt, quo notae illae in uſum Arabum tranſierint. Vulgo aſſeritur, Arabes eaſdem XI. ſaeculo in bellis contra Indos geſtis didiciſſe. Sed nullis documentis innititur haec ſententia, niſi quod illud ex teſtimoniis Arabum

(63) Conſule iterum diſſ. de cod. Cuficis, pag. 10.

bum confirmetur, ab Indis eas proveniſſe. *Al Sephadi* in commentario in poëma Tograi ludum latrunculorum, & notas numerales Indis tamquam inventoribus tribuit. *Athanaſius Kircher* in arithmologia ſive de abditis numerorum myſteriis §. 1. duo Arabum teſtimonia refert, qui has numerorum notas a Brachmanis, Indiae ſapientibus, e figura circuli ſecti inventas eſſe dicunt. Atque Arithmetica *Maximi Planudis*, qui XIII. ſaeculo vixit, in codice Vaticano inſcribitur Πλανυδης ψηφοφορια κατ' Ινδους, *Planudis calculatoria ſecundum Indos*. Sed quo tempore eas acceperint Arabes, incertum. Summopere igitur aeſtimandus eſt Borgianus nummus, & ni fallor, eſt omnium antiquiſſima cifrarum Arabicarum memoria, quae hactenus innotuit. At neque Indi, neque Arabes primi horum ſignorum inventores fuerunt. Apud *Romanos* etiam antiquitus uſu ea recepta fuiſſe, firmis argumentis probat auctor anonymus diſſertationis Mathematico-criticae de numeralium notarum minuſcularum origine, quae XXX. abhinc annis prodiit, ſed eruditis fere incognita manſit (64). Probat auctor, harum cifrarum uſum apud Romanos antiquiſſimum fuiſſe, quae apud eos primum verba integra, ut in notis Tironis, atque Senecae, poſtea ſyllabas, deinde pondera, & menſuras, quae ſane ad numeros ſpectant (65), ſignificarint, denique in familiares etiam ſupputationes, & arithmeticae calculos tranſierint. Cuius rei exempla profert, notam Z ab immemorabili a Romanis pro numero II., notam 9 pro centum, ſignum 5 tertio minimum aut quarto poſt Chriſtum ſaeculo, pro VI. iuxta Maffeium, vel, ut mavult Mabillonius,

(64) Inſerta in *Raccolta d' opuſcoli ſcientifici, e filologici. In Venezia preſſo Simone Occhi* 1753. in 12. p. 19. ad 110. Conf. cel. Villoiſoni *Anecdota Graeca* tom. II. Alius eiuſdem argumenti liber exſtat, cui titulus: *De characteribus nummorum vulgaribus, & eorum aetatibus veterum monimentorum fide illuſtratis diſſertatio Mathematico-critica Io. Fridrici Weidleri Wirtembergae* 1727., quem hucuſque nec poſſideo, nec vidi.

(65) *Syllabas*, ut Q3, *quia*. EX7 *exiſtimo*. EI9 *eius*. *Pondera*, ut uncia, 8 ſeptunx, 3 triens, ∽ octo ſcrupuli.

lonius, pro v., & 7 pro vII. adhibita fuisse (66). Deinde autem addit (§. 10. p. 59.) cifras apud Romanos ex eorum notis ponderum, mensurarum, assis eiusque partium ortum habuisse, cui sententiae non subscribo. Boethius, qui in arithmetica sua, quam labente v. saeculo composuit, iisdem signis utitur, eadem a Pythagoraeorum apicibus, vel characteribus a Romanis mutuata fuisse, testatur. Huic potius adhaereo, quod saltem ad primae eorum institutionis tempus, nobis quidem proprius, accessit, atque certiora quin etiam de eorum origine habere potuit. Non obstat, Pythagoraeos magnam Graeciam incoluisse; graece tamen loquebantur, & veluti pro Graecis haberi queunt, ac forte cum lingua signa ea e Graecia arcessiverunt, cum Boëthius illud tantum significare voluerit, eos primos fuisse, qui ea in Italia adhibuerint. Accedit, quod auctor dissertationis laudatae animadvertit (p. 70.) Diophantem Alexandrinum, qui algebrae inventor creditur, in xIII. libris arithmeticae, quos medio fere II. saeculo scripsit, (exstant in bibl. Vaticana) harum notarum non penitus fuisse ignarum. Sed etiam, cum res in ambiguitate haereat, si Graecos a peritia huius supputandi artis excludere velis, apud Aegyptios monumenta harum notarum Romanis antiquiora invenies. In mumiis eadem omnino signa animadvertuntur, id quod primus observavit cel. Buttner, Gottingensis Academiae decus (67), quae licet tamquam litterae adhibita videantur, semper tamen documento sunt, eadem non noviter a Romanis, vel Arabibus, vel Indis inventa fuisse. Itaque, quantum coniicere licet, notae numerorum, quarum prima vestigia apud Aegyptios reperiuntur, primum in Asia a ceteris gentibus, a Graecis in primis usu celebrata sunt, & mox etiam ad Romanos transf-

(66) Marchionis Maffei hist. diplomatica. Mabilloni de re dipl. lib. II. c. 29. num. 12. Marangoni *delle cose gentilesche, e profane ridotte ad uso ed ornamento delle chiese* c. 82. p. 454. 461. 464. 465.

(67) Buttneri Vergleichungstafeln der Schriftarten verschiedner Völker, I. Stük. Göttingen 1771. Tab. II. conf. Gattereri elementa artis diplomaticae T. I. §. 66. 67.

transierunt, qui omnes fere scientias a Graecis, earum parentibus, acceperunt. In Italia deinde cum ceteris disciplinis propemodum interciderunt, usque dum, post saecula quaedam elapsa, cum litterae renasci coepissent, ab Arabibus, qui eas conservaverant, revocatae sunt (68). Quo tempore, & quo auctore id acciderit, incertum (69). Hoc tantum animadvertimus, prima earum vestigia a nonnullis repeti a saeculo duodecimo, quae tamen saeculo XV. in communiorem certe usum transierant (70).

Absolvam hanc dissertationem adnotationibus quibusdam generalibus in Alphabetum Arabicum, quas a nemine adhuc factas esse video. In tres periodos distribuendae mihi videntur huius Alphabeti variae commutationes. De iis commutationibus loquor, non quae ad varias formas litterarum, quae tempore mutantur, sed quae ad numerum earum, ordinemque, & ad ipsum Alphabetum pertinent.

Prima quidem a remotissima antiquitate repetenda est, tenebrisque offunditur. Nescio, an a probabilitate alienum videatur, XVII. tantum litterarum notas, nulla varietate distinctas, Arabi-

(68) Delineavi in Tab. I. notas numerorum Arabicas cum notis Aegyptiorum, Indorum, nostrisque comparatas. Inter omnes maximam similitudinem intercedere videbis. Aegyptias a Büttnero sumpsi e libro suo iam citato; Indicas a cel. Niebuhrio, qui eas in descriptione itineris sui in Arabiam (T. II. Tab. II. Hafniae 1773.) delineavit.

(69) Consule, si eruditorum coniecturas legere velis, cl. Villoison *anecdota Graeca* tom. II. pag. 153. & seq.

(70) Inter pauca, quae equidem vidi, huius saeculi monumenta praestat hic adnotare epigraphen in calce codicis Frontini *rei militaris*, & Vegetii *de disciplina militari*, in bibliotheca clar. Praesulis *Stephani Borgiae*, quae haec verba exhibet: *Librum hunc Ego Lucas de Cantarellis de Regio doctorum doctor donavi Religiosis, & devotis fratribus, atque Canonicis regularibus congregationis sancte Marie de Frixionaria Lucane dioc. pro salute anime mee* 1428. *Veneciis. In monasterio de Caritate.*

Arabibus antiquis cognitas fuisse (71), quas singulas, prout ratio illud postulabat, vario accentu pronunciabant. Revera hodiernum etiam Arabum alphabetum, si omnibus signis diacriticis privetur, e XVII. tantum figuris constat:

ا ب ح د ر س ص ط ع ف ك ل م و ه ى ن

Quae vero harum antiquarum litterarum figura & ratio fuerit, imperscrutabile manebit.

Subsequentibus temporibus minus commodum esse hoc alphabetum animadverterunt, atque litteras iuxta diversam pronunciationem, diversis figuris distinguere ceperunt. Primum huiusmodi incrementum huic iam alphabeto accidit, quod Cufico praecedit, & *Mosnad* مسند ab Arabibus nominatur, atque hinc incipit altera periodus, quae forte primum etiam saeculum Cufici alphabeti, cuius monimenta nulla nobis supersunt, comprehendit, de quo tamen dubitamus. Arabes nimirum litteras suas tum numero, tum ordine ad modum alphabeti Hebraeorum disponere incipiebant: ea tamen ratione, ut non novas alphabeto figuras, sed nova tantum signa litteris quibusdam adderent. Ita oriebatur litterarum series Hebraicae conformis, quae hanc ob caussam *Abgad Heves* nominabatur, quo nomine nihil aliud portenditur, nisi sex priores alphabeti litterae secundum ordinem Hebraeorum dispositae. Hunc ordinem re vera in alphabeto Arabum obtinuisse, denominationibus etiam antiquis mensium, *Abgad*, *Heves*, *Hatta* cet. atque more, qui hodie adhuc obtinet, litteras scilicet eodem ordine pro numeris adhibendi, con-

 fir-

(71) Ne quis putet, me mihi ipse contradicere, observo, hanc coniecturam nihil facere ad confirmandam sententiam de XVI. vel XVII. in antiquo Hebraeorum alphabeto litteris. Contra Hebraeis XXII. antiquitus fuisse ex eo patet, quod postea Arabes etiam alphabetum suum ad Hebraici normam augmentaverint. Neque pertinaciter in coniecturam meam insisto, quam tentaminis loco tantum protuli; grato animo accipiam, quae alii meliora dicturi sunt.

firmatur (72). Neque mirum est, Arabes Hebraeos imitatos esse, a quibus DCC circiter ante Muhamedem annis Arabia expugnata, & aliquandiu possessa, & gubernata fuit: siquidem id plerumque accidere solet, ut victi victorum leges, mores, linguam & eruditionem accipiant.

Tertia denique periodus a scriptura Cufica ad nostrum usque tempus pertingit. Arabes, qui, teste Abulfaragio, iam ante Muhamedem ad linguae suae studium in primis incubuerunt, qui tot aliis superfluis praeceptis, subtilibusque grammaticis

(72) Ex Arabibus etiam testem produco Gabrielem fil. Farchan Monachum Aleppinum in voluminosa sua Grammatica ms. quam elapso saeculo composuit: فحروف الهجا العربية . . . تجميعها هذا الكلمات ابجد هوز حطى كلمن سعفص قرشت ثخذ ضظغ وجمعت كذا لسببين احدهما مراعاة لحساب الجمل لانه من الالف الى الطا المهملت حساب الاحاد ومن اليا الى الصاد المهملت حساب العقود ومن القاف الى الطا المعجمت حساب المیات والغین المعجمت بمعنى الالف والثانی تبعا للغت السریانیه التی وجدت فیها هذه الکلمات مرتبة على وفق الحسات المذکور لان اللغت السریانیه اصل والعربیة فرعها h. e. Litterae Arabicae his vocibus continentur, abgad, heves, hatta, colman, saafas, coraſct, tſachas, dodſag. Ita ponuntur propter duas rationes. Primum ad usum computi: litterae enim ab alef ad ta sine puncto, numeros simplices significant; a ie ad ſad sine puncto, numeros denarios; a caf ad da puncto signatum, centenarios, & gain denique cum puncto, numerum mille efficit. Altera ratio est, quod linguam Syriacam secuti sint, ubi hic litterarum ordo reperitur. Syriaca enim lingua radix, e qua Arabica prognata est.

cis ſtudium onerarunt, alia etiam alphabeto nova ſigna addiderunt, ut omnem accentus varietatem, quam in pronunciatione litterarum ſervabant, ſigno ſcripto indicarent. Ex eo tandem alphabetum xxviiI. litteris conſtans, ſecundum figurarum ſimilitudinem diſpoſitis, ut hodie illo utuntur Arabes, prognatum eſt. Signa ab illis addita ſunt ث *tſe*, quod ut *ts* fere pronunciari debet, خ *cha*, paullo fortius quam *ha* Arabum, ذ *dſal*, ut *ds*, ض *dad*, ut *d* durum, ظ *dſa*, eodem fere modo, quam *dſal*, & غ *gain*, quod litterae *g* ante *a*, *o*, *u* reſpondet. Sed numquam uſu praevaluit haec pronunciationis ſubtilitas, quam plebs ridet. In ore tantum grammaticorum doctorumque, in primis in recitandis poëmatibus percipitur; in ſermone familiari aliae harum litterarum numquam (ut ث, ذ) aliae raro (ut ظ) vel obſcurae (ut خ) accentu diſtinguntur, duabus exceptis *dad* & *gain*, quae uſu communi receptae videntur.

Obſervatio philologica, & critica in nummos Cuficos.

Unam adhuc obſervationem philologicam maioris etiam, quam antecedentes, momenti ad praeſtantiam nummorum Cuficorum oſtendendam adiiciamus. Lege ſancte obſervanda praeſcriptum eſſe a grammaticis Arabicis ſcimus, ſcribere litteram ا *aleph* quieſcentem in participio verborum (e. c. قاتل), in coniugatione tertia (قاتل), in fine tertiae perſonae pluralis praeteriti temporis (قتلوا), & futuri apocopati (يقتلوا), item in plurali numero femininorum, (ut قاتلات) & in nominibus quibuſdam, (ut سلام, مايه, دينار, واحده), atque ex eorum praeceptis in omnes eas grammatices inſtitutiones, quae a noſtratibus

 editae

editae sunt, transiit. At vero antiquitus non observatam fuisse legem, sed litteras quiescentes pro lubitu vel additas, vel omissas fuisse nostris nummis Cuficis, ut tertio documento unanimiter confirmatur. Vestigia huius moris iam e codice Arabico-Samaritano bibliothecae Barberinae, textum & versiones Pentateuchi in usum Samaritanorum exhibente, quem ingenti, & improbo labore totum descripsi, litterisque propriis Arabicis reddidi, ab erudito meo conterraneo Andrea Christiano Hwiidio observata fuerunt (73). Multo frequentiores esse has omissiones in codicibus Cuficis, eodem tempore a nobis in descriptione codicum Cuficorum Hafnienſium adnotatum est, ubi longam earum seriem exhibuimus (74). Easdem nunc in antiquissimis nummis

(73) Andr. Christ Hwiid specimen ineditae versionis Arabico-Samaritanae Pentateuchi -- Romae 1780. p. 28. adnot. 1. Pauca ex hoc codice exempla, quae mihi occurrunt, addam. *Omissionis litterae Alef in Praeterito*, Exod. xix. 1. 2. فى الشهر الثالث لخروج بنى اسرايل من ارض مصر فى هذا اليوم دخلو برية سينين ورحلو من رفيديم وجاو الى برية سينين ونزلو فى البريه In *futuro* Exod. xii. 17. 18. فتحفظو الوصيه ان فى جرم هذا اليوم اخرجت جيوشكم من ارض مصر.. فتحفظو وتعملو اليوم هذا: *In aliis vocibus* rarius occurrunt, ut عل pro على, omisso ie quiescente Gen. 49. 8., 50. 13. Exod. 7. 24. ال pro الى Gen. 50. 14., Lev. 8. 15. لم pro لما Exod. 17. 3. مم pro مما Exod. 18. 14.

(74) Descriptio codicum Cufic. Hafnien. Altonae 1780. p. 25. seq. e. c. العلمين scribitur pro العالمين, اصحب pro اصحاب, السلم

mis Cuficis animadvertimus, ſimulque ex iis tempus intelligimus, quo mos litteras quieſcentes ubique adiiciendi invaluit. Uſque ad annum MXXX. aerae vulgaris conſtanter voces وحده (n. I.) الدينر (n. II. III. IV. VIII. IX. XXI. cet.) ميه (n. I. II. III. IV. V. VIII. IX. XVI. cet.) omiſſo *alef* quieſcente (pro واحده, مايه, الديـنار) ſcriptas invenimus; nummus XXVII., anno MCCIII. excuſus, primus eſt, in quo vox مايه plene ſcripta reperitur. Recentior ita grammaticorum haec inventio eſt, qui multis aliis ſuperfluis praeceptis grammaticam auxerunt. Iam ſaeculo VIII. ineunte grammaticen Arabicam ab Abulaſſuad al-Dauli (75) in formam artis redactam fuiſſe ex Chalicani hiſtoria ſcimus, atque eo tempore his ſubtilitatibus caruit orthographia Arabum. Quantum haec obſervatio faciat, ut verbis viri doctiſſimi utar (76), ad rectius intelligendum genium, & indolem linguae Arabicae, Hebraicae ſimilitudine propinquioris, quam vulgo creditur; quantum grammaticae Hebraicae adiumento ſit, ubi hoc orthographiae arbitrium negari, impugnarique ſolet; quantum criticae codicis ſacri Hebraici utilitatem afferat, in cuius probatiſſimis recenſionibus ſimili libertate utuntur amanuenſes, quam dives ſeges variantium lectionum, ingenti labore undique congeſtarum, hac ſola adnotatione collatur: quiſque iuſtus aeſtimator cum voluptate animadvertet.

Iudi-

السلم pro السلام, يايها pro يا ايها, السموت pro السموات, راو pro راوا, لور pro لورا, حورين pro حواريين, deficientibus alef & ie. cet.

(75) Ebn Chalican hiſtoria virorum illuſtrium Arabice ms. in titulo Iahia ibn Iaamer aladrani. cf. Herbelot bibliothéque orientale, tit. *Dili*.

(76) Cel. Equitis Io. Dav. Michaelis biblioth. oriental. tom. XVI. pag. 12.

Iudicent eruditi ex his exemplis, quibus alia plura addi possent, an supra modum extulerim nummos Arabicos Cuficos, cum in unoquoque eorum veluti mysterium quoddam nobis tolli, novumque lucis radium oriri dixi.

Atque haec de nummis Arabicis generatim dicta sufficiant. Nunc ad explicandos nummos musei Borgiani, qui observationibus nostris confirmationi sint & praesidio, progredimur; atque eo libentius hoc facimus, quod huiusmodi nummi non solum in Europa eximiae raritatis sint, sed quod eos in ipso Oriente ab eruditis frustra quaesitos esse sciamus (77).

NUMMI CHALIFARUM

NUMMUS I. ARGENTEUS

Primae nummorum Arabicorum periodi, anni 740.

I. (78) In area لا اله الا الله وحده لا شريك له *Non est Deus, nisi Deus, cui socius non est* (79).

In margine بسم الله ضرب هذا الدرهم بواسط سنة ثلث وعشرين ومية *In nomine Dei cusus est hic nummus Vaseti anno* 123. [aerae vulg. 740.] Arretius بلاندلس Andaluſiae h.e. Cordobae. Referendus est numus ad Hiſpanicos, ſimilis numo CI To. II. A. mi II. vid. ib. p. 159.

(77) Niebuhr in libro laudato p. 87., ait, *Ie n'ai point eu dans mon voiage des monnoies d'argent avec des inſcriptions Cufiques.*

(78) Partem primam nummorum brevitatis causſa numero I., adversam numero II. indicabo: A significabit aream nummi, M marginem, vel inscriptionem in circumferentia nummi.

(79) *Non est Deus, nisi Deus* est una trium formularum, quae ab Arabibus الكلمات الطيبات *bona verba* nominantur, de quibus totum librum scripsit Schehabeddin abullabas Ahmed ibn Amad ibn Iusuf Alikfeasi. v. Adriani Relandi diss. de gemmis Arabicis in diss. miscellaneis part. II. ed. Trai. 1713. p. 248. 249.

II. A. الله احد الله الصمد لم يلد ولم يولد ولم يكن له كفوا احد *Deus eſt unicus, aeternus; nec genuit, nec generatus eſt, neque eſt ei ſimilis alter.* Corani Sura CXII. antepenultima. Muhamedani eam maximi faciunt, ſemperque in ore gerunt: nonnulli eam tertiae parti totius Corani parem ponunt.

M. محمد رسول الله ارسله بالهدى ودين الحق ليظهره على الدين كله ولو كره المشركون *Muhamed eſt legatus Dei, quem cum vera & iuſta religione miſit, aliis omnibus praeſtantiori, licet ei contradicant infideles.* Corani Sura IX. verſ. 33. & Sur. LXI. 9.

II.

Nummus aureus Chalifae Abaſſidae an. 767.

I. A. *Non eſt Deus, niſi Deus, cui ſocius non eſt.*

M. محمد رسول الله ارسله بالهدى ودين الحق ليظهره على الدين كله *Muhamed eſt legatus Dei, quem cum vera & iuſta religione miſit ceteris omnibus excellentiori.*

II. A. محمد رسول الله *Muhamed eſt Dei legatus.*

M. بسم الله ضرب هذا الدينر سنة خمسين ومية

In nomine Dei cuſus eſt hic denarius anno 150., aerae vulgaris 767.

III.

Nummus aureus Abaſſidarum an. 770.

I. A. & M. ut in nummo II.

II. A.

II. A. ut in nummo II.

M. بسم الله ضرب هذا الدينر سنة اربع وخمسين ومية

In nomine Dei cuſus eſt hic denarius anno 164., aerae vulgaris 770.

IV.

Nummus aureus Abaſſidarum an. 773., *vel* 775.

II. M. (80) بسم الله ضرب هذا الدينر سنة سبغ [تسع] وخمسين ومية *In nomine Dei cuſus eſt hic denarius anno* 157. vel 159. [773. 775.] Cetera ut ſupra. Si 157. legis, iſti tres nummi, id quod ex eorum inter ſe ſimilitudine probabile, regnante Abu-Giafar al-manzur, ſecundo Abaſſidarum Chalifa, cuſi ſunt.

V.

Nummus argenteus Abaſſidarum anni 776.

I. A. محمد رسول الله صلى الله عليه وسلم *Muhamed eſt Dei legatus, cui Deus propitius ſit, & benedicat.* Prima vox هرون legenda, *Harun*, vel *Aron*, nomen gubernatoris eius urbis, in qua nummus excuſus eſt.

In margine veſtigia tantum vulgaris ſententiae ſuperſunt, *Muhamed eſt legatus Dei, quem cum vera* cet.

II. A. *Non eſt Deus, niſi Deus, cui ſocius non eſt.*

M. بسم الله ضرب هذا الدرهم بـ.... [بالعباسيه ni fallor] سنة ستين ومية *In nomine Dei cuſus eſt hic nummus* (Abbaſiae) *anno* 160. [776.]

VI.

(80) Vox Arabica ob punctorum diacriticorum defectum & *tiſſa*, & *ſibba* legi poteſt, quod *ſeptem* & *novem* explicatur.

VI.

Nummus argenteus Abaſſidarum, anni incerti.

Ex eadem officina manifeſte eſt hic nummus, qua antecedens numero quintus: forma enim, magnitudo, tituli, litterarumque figurae cum illo penitus conveniunt.

I. A. Eadem ſententia, quam ſupra recitavimus, *Muhamed eſt Dei legatus, cui Deus propitius ſit, & benedicat*, addito nomine praefecti urbis in prima, & ultima linea علی ابرهیم *Alì Ibrahim*.

In circumferentia legitur, ut ſupra.

II. A. *Non eſt Deus, niſi Deus, cui ſocius non eſt.*

M. Titulus, qui aeram exhibebat, attritus eſt.

Nummus aeneus etiam in muſeo Borgiano exſtat, moduli vulgaris, qui eamdem ſententiam, *Muhamedes eſt legatus Dei, cui Deus benedicat*, in aliis nummis minus obviam, exhibet, atque ad hos referendus eſt. Sed cum nihil praeter haec verba legi poſſit, eum delineare operae pretium non duximus.

VII.

Nummus aureus Abaſſidarum, ineditus.

Convenit hic nummus cum antecedenti VI., & ab eodem principe cuſus eſt.

I. A. محمد رسول الله ـــ علی ابرهیم *Muhamed eſt Dei legatus. Alì Ibrahim.*

Circumferentia indicat aeram, quantum legi poteſt, سبع وخمسین ſine dubio 157. [773.]

II. A. M. ut in parte antica nummi II.

VIII.

Nummus argenteus Abaſſidarum an. 783.

I. A. . . . . محمد رسول الله ۞ *Muhamed legatus Dei* . . . . . [nomen ignotum]. Cetera, ut in nummo V.

II. M. بسم الله ضرب هذا الدرهم بالعباسيه سنة سبع وستين ومية *In nomine Dei cusa est haec drachma Abbasiae anno* 167. [783.]

IX.

Nummus aeneus Abassidarum.

I. A. Ut supra. *Muhamed est Dei legatus*. Supra & infra hunc titulum litterae quaedam solitariae animadvertuntur, quarum ultimae نوح *Noa*, nomen forte gubernatoris, esse videntur.

II. M. . . . . بسم الله ضرب هذا الدينر بالعباسيه سنة وسبعين ومية *In nomine Dei cusus est hic denarius* (76) *Abbasiae anno* . . . . . *post* 170. [786.]

Reliqua ut in duobus nummis antecedentibus.

Ad eamdem classem Chalifarum Abassidarum referendi sunt nummi X. XI. XII. XIII. XIV. XV. XVI., in quibus inscriptiones marginum detritae sunt, reliqua cum antecedentibus conveniunt.

Item nummi XVII. XVIII. XIX. ad eamdem periodum per-

(76) Nummi aenei, quibus nomen particulare non fuit, ut aurei, denarii vocabantur. Primis enim Muhamedanorum saeculis, ut supra animadverti (pag. 28.) aureos, argenteosque tantum nummos habuisse videntur Arabes. Confirmat haec cel. *Michael Casiri in Bibliotheca Arabica Hispanica Escurialensi* (tom. II. Matriti 1770. pag. 173.) „ Prima Arabum pecunia, inquit, fuit ex auro, vel argento. „ Prior *dinar* dicta, drachmam unam Arabicam pendebat, cuius „ pretium sub variis Chalifis varium fuit; unum enim *dinar* aureum „ initio xx., subinde xxv. nummos argenteos valuisse traditur; alte„ ra *derhem* nominatur, pondere quidem aureo nummo minor: ita „ ut unus argenteus *derhem* cum semisse unam aequet drachmam. „ Pro minuta autem pecunia per ea tempora *papyro*, sive *crassiori* „ *charta* in quadrum confecta usi sunt. Hunc ferme usum in regno „ Catai vigere narrat Haitonus a Calmeto. „

pertinent, sed eo discrimine a ceteris distinguuntur, quod ex una parte inscriptione in marg. careant. Nummus nitidissimus XVII., qui ceteris explicationi est, sequentes titulos habet:

I. *Non est Deus, nisi Deus unus, socii expers.*

II. A. *Muhamed est Dei legatus.*

M. (بسم الله ضرب) هذا الدينر بالكوفه سنة ثلث

.... وسبع *In nomine Dei cusus est hic denarius Cufae anno* ...
[ni fallor 173.]

Nummi XVII. decem exempla, omnia ex aurichalco potius, quam aere, & XVIII. quatuor exempla exstant in museo Borgiano. Quibus accedit alius aeneus easdem sententias Corani exhibens, quam nummus XVII., eiusdemque moduli; sed litterarum forma, quae paullo crassior est, atque aera diversus. Ita enim in margine partis posticae legitur بسم الله ضرب هذا الدرهم بواسط سنة سبع وسبعين (vel وتسعين) ومئه

In nomine Dei cusa est haec drachma Vaseti anno 177. vel 197. h.e. aerae vulgaris 793. vel 812.

Itaque hoc anno *Vaseti* adhuc floruit prima, & antiquissima Arabum moneta, ab ipso Hegiagio, ut supra animadvertimus (pag. 13.) instituta; eodemque tempore iam in duabus aliis urbibus, *Abbasiae*, & *Cufae*, pecunia excudebatur. (n. v. & XVII.) Memini, me alium horum nummorum vidisse, *Bagdadi*, vel ut in pecunia interdum exprimitur, in urbe pacis, بدار السلام مدينه السلام (conf. Geographia Nubiensis) excusum anno 199., aerae vulgaris 814. Forte *Anbari* etiam, ubi primus Abassidarum Chalifa regiam suam habuit, Bagdado nondum exstructo, nummi cusi sunt. Habes hic nomina earum urbium, in quibus a Chalifis Ommiadis, & Abasidis, dum imperium

eorum floruit, hoc est primis tribus Muhamedanorum saeculis pecunia excudebatur.

XX.

Nummus aureus forte Chalifarum in Hispania, ineditus.

I. A. الامام محمد رسول الله المقتدر بالله

Muhamed est Dei legatus. Imam Moctader billah. Nomen Chalifae Bagdadensis, cuius auctoritatem agnovit princeps, cuius est hic nummus. Regnavit Moctader annis f. 295. ad 320.

II. A. عبد الله لا اله الا الله وحده لا شريك له امير المومنين

Non est Deus, nisi Deus, cui socius non est. Abdalla, princeps fidelium.

Nullus dubitarem, hunc principem esse Abdallam, fratrem Mondiri, qui annis fugae 275. ad 300. in Hispania regnavit, nisi a parte adversa Chalifae Bagdadensis nomen animadverterem, & Ommiados in Hispania Chalifarum Abassidarum, a quibus expulsi fuerant, non amicissimos fuisse crederem. Interim, ut supra dixi, usque ad annum fugae 300. titulo Imam, quo Chalifa distinguitur, haud usi sunt principes Hispaniae: & forte Abdalla, qui propter pietatem a Muhamedanis celebratur, honorem solius tituli Chalifae Bagdadensi detrahere noluit. Utut sit, ad antiquiores nummos Cuficos omnino referendum esse hunc nummum, e litterarum forma manifestum est.

NUMMI DYNASTIARUM.

XXI.

Nummus aureus Fatemidarum in Sicilia an. 1004. ineditus.

I. A. محمد رسول الله على ولى الله *Muhamed est Dei legatus, & Ali eius amicus.*

M. *Muhamed est Dei legatus, quem cum vera* cet.

II. A.

II. A. الحاكم بامر الله امير المومنين *Hakem beamrallah, princeps fidelium.*

In margine, ubi partim detritae, partim omnino deletae sunt litterae, haec scripta fuerunt: (بسم الله ضرب هذا الدينر) بصقليه (سنة) خمسه (وتسعين وثلث ميه) *In nomine Dei cuius est hic nummus in Sicilia anno* 395. [1004.]

Abu Alì Mansur filius Aziz, cognomine Hakem beamrallah fuit princeps dynastiae Fatemidarum in Africa, Aegypto, & Sicilia, & 25. annis, ab anno f. 386. ad 411. regnavit. In qua urbe cuius sit nummus, non indicatur: forte Panormi, ubi postea regiam etiam sedem habuerunt principes. Formula, *Alì est amicus Dei*, illud efficitur, principes Fatemidas Sciitis adhaesisse. Sciitae nimirum contendunt, primum Muhamedis legitimum successorem fuisse Alì, quam ob rem nomini Muhamedis Alì nomen addere solent: Sunnitae vero contrariae sententiae sunt, & Abubecrum, Omarum, & Otmanum, qui Alì praecesserunt, eodem iure in prophetae, ut aiunt, auctoritatem successisse volunt. Hodie Persae sunt Sciitae, Turcae Sunnitae.

XXII.

Nummus aureus Siculus Fatemidarum, ineditus.

Ab eodem Rege Siciliae Hakemo, quo antecedens, cuius est hic nummus, sed titulo paullulum diversus.

I. A. لا اله الا الله محمد رسول الله على ولى الله

Non est Deus, nisi Deus: Muhamed eius apostolus, Alì eius intimus.

M. *Muhamed est Dei legatus, quem cum vera* cet.

II. A. . . . الامام . . . . الحاكم بامر الله امير المومنين . . .

Imam

Imam . . . . Hakem beamrallah [h. e. Rex, Deo iubente] *princeps fidelium*. Primum monimentum, in quo principem Fatemidarum titulum *Imami* accepisse vidi. Chalifarum auctoritatem sibi arrogabant Fatemidae, sed tamen in nummis plerumque titulo principum fidelium tantum utebantur.

M. Aera, sed detrita.

XXIII.

Nummus aureus Siculus Fatemidarum an. 1030. *exempla duo, inedita.*

I. A. Ut in nummo XXII.

M. Ut in nummis XXI. & XXII. Sed ob angustum spatium desunt ultima sententiae verba الدين كله.

II. A. الظاهر العزاز دين الله امير المومنين

Al-Daher al-asas din allah [h. e. gloria religionis] *princeps fidelium*. Cognomen septimi Fatemidarum Regis Abulhassan Alì, qui ab anno 411. ad 427. in Africa, Aegypto, & Sicilia regnavit.

M. بسم الله ضرب هذا الدينر بصقليه سنة اثنى وعشرين وار [واربعمايه h. e. *In nomine Dei cusus est hic denarius in Sicilia anno* 422. [1030.] (77)

XXIV.

Nummus argenteus Saladini, dynastiae Aiubitarum in Aegypto fundatore, ineditus.

I. A. الامام الناصر لدين الله امير المومنين *Imam naser ledin allah* [h. e. defensor religionis] *princeps fidelium*. Cogno-

(77) وار pro واربعماية Ob angustiam spatii ultimae litterae titulorum in nummis Arabicis interdum omittuntur: id quod in variis nummis observavi.

Cognomen Chalifae Bagdadenſis Abul abbas Ahmed, qui ab anno fugae 575. ad 622. regnavit.

In margine, ni fallor, محمد رسول الله *Muhamed, Dei legatus*.

II. A. الملك الناصر صالح الدنيا والدين *Rex Naſer, Salah eddunia vaddin* [proſperitas mundi, & religionis]. Cognomine primi Aiubitarum Regis, Abulmodaffer Iuſuf, nobis nomine *Saladini* celebris, mortui poſt regnum XXII. annorum, die 27. menſis ſafar anni f. 589. [1193.]

In margine aera nummi ſignata fuit: ſed manibus detrita. Niſi parorama me fallit, lego voces . . . بالقاهرة سنة *Cairi anno* . . . Cairum regia fuit principum Aiubitarum. Intra ſpatium 14. annorum, quod ab anno 575. ad 589. pertingit, cuſum fuiſſe nummum, e collatione annorum regiminis Chalifae, & Saladini apparet.

XXV.

Nummi tres aenei ſecundi Regis Aiubitarum in Aegypto, inediti.

I. الامام الناصر *Imam Naſer*, Nomen Chalifae, ut ſupra.

II. الملك العزيز *Rex Azis*, vel *auguſtus*. Cognomen Otmani, Saladini filii, ſecundi Aegypti Regis e poſteris Aiubi (Iobis). Regnavit annis 589. ad 595. (1193. ad 1198.)

XXVI.

Nummus aeneus quarti Regis Aiubitarum in Aegypto, ineditus.

I. الملك العادل *Malek aladel*. (h. e. Rex iuſtus). Cognomen Regis.

II. ابوبكر بن ايوب *Abubecr filius Iobis*. Cognomen Regis.

Et in margine اربع وستمايه *anno* 604. (1207.)

Hic

Hic Rex fuit frater Saladini, Aiubitarum fundatoris. Primum anno 594., aerae vulgaris 1198. Damasci Rex creatus fuerat; deinde anno 596. (1200.) in imperium Aegypti etiam successit. Utrumque regnum, quod post eius mortem iterum divisum est, tenuit usque ad annum 615. (1218.) Ab historicis nostris, quibus hic ob bella contra christianos gesta celebris est, vulgo temere Saphadinus nominatur, quia titulum *Seifeddin* سيف الدين gladii religionis, acceperat.

XXVII.

Nummus argenteus dynastiae Aiubitarum Aleppi, ineditus.

Ab ambabus partibus figura stellae sex angularis exstat, & in media stella, & in angulis inscriptio.

I. A. الامام الناصر احمد الملك العادل ابوبكر

Imam Naser Ahmed. Almalek aladel abubekr. h. e. *Imam defensor fidei, Ahmed* (nomen Chalifae in nummo XXIV. laudatum) *Rex iustus, Abubecr.* (Eiusdem principis nomen, quem inter Reges Aegypti num. xxvi. laudavimus.)

M. *Non est Deus nisi Deus: Muhamed eius legatus.*

II. A. Nomen Regis, a quo cusus fuit nummus, الملك الظاهر غازى ابن يوسف ابن ايوب *Rex Daher Gazi, filius Iosephi, filii Iobis.*

M. ضرب حلب فى سنة ست مايه *Cusus Aleppi, anno* 600. (1203.)

Iosepho Saladino fuerunt filii xvi., quorum ille, cuius hic nummus est, post patris mortem Rex Aleppi renunciatus fuit. Tenuit praeter Aleppum, urbes Harem, Telbasciar, Ezaz, Manbedge aliasque: mortuus a. f. 613. (1216.)

Disci-

Discimus ex hoc nummo, Regem Aleppi non modo Chalifae Bagdadensis, sed etiam Regis Aegypti, & Damasci (Abubecri) auctoritatem agnovisse, atque hanc dynastiam aliquo modo dynastiae Aegypti, & Damasci subiectam fuisse. Cel. Deguignes in historia Hunnorum (79) refert, principes Hamae, qui Aiubitarum propago erant, Aleppi regibus subditos fuisse: forte error est, e commixtione dynastiarum ortus, qui ab hoc nummo emendatur.

XXVIII.

Sex nummi aenei eiusdem principis, inediti.

I. الامام الناصر *Imam Naser*, vel defensor fidei, Chalifae nomen.

M. *Non est Deus, nisi Deus: Muhamed est legatus eius.*

II. A. الملك الظاهر *Rex Daher.*

M. *Cusus Aleppi anno* 600. (1203.) ut supra.

XXIX.

Nummus aeneus eiusdem Regis, ut videtur, inedi tus.

Idem principis nomen exhibet hic nummus: ornamenta nummi tantum diversa sunt.

I. . . . الامام الناصر *Imam Naser.*

II. . . . الملك الظاهر . . . *Rex Daher.*

Primae & ultimae voces titulorum utriusque partis sine dubio aeram continent: sed attritae sunt.

XXX.

Nummus aeneus minor eiusdem dynastiae, ineditus.

I. . . . . الامام *Imam* . . . . . Nomen Chalifae detri-

(79) Histoire generale des Huns Tome I. part. I. p. 423.

tritum; sed *Mostanser*, vel *Mostasem* supplendum est, in quorum tempus incidit nummus.

II. الملك الناصر *Rex Naser*. Cognomen Regis.

Rex Naser Saladin Iusuf, filius Azizi fuit ultimus Rex Aleppi ex Aiubitis: regnavit ab anno 634. ad 659., quo Aleppum cum tota Syria a Mogolis expugnabatur.

XXXI.

Nummus argenteus Selgiucorum Damasci, ineditus.

I. & II. in area الامام المقتفى *Imam Mocteffi*, (supremus, summus) cognomen Chalifae Bagdadensis, Abu Abdalla Muhamedis, qui annis 531. ad 555. regnavit. Moris fuit apud Chalifas Abassidas, ut novum nomen, vel cognomen acciperent, cum in hac dignitate collocarentur: eosdemque secuti sunt principes Ommidae in Hispania & Fatemidae, quorum utrique Mûhamedis legitimos successores, vel Chalifas se iactabant.

I. In primo circulo لا اله الا الله وحده لا شريك له محمد رسول الله *Non est Deus, nisi Deus unicus. Muhamedes est legatus Dei.*

In circulo secundo exteriori ارسله بالهدى ودين الحق ليظهره على دين كله ولو كره المشركون, *quem cum vera, & recta religione misit, ceteris omnibus excellentiori, licet ei se opponant infideles.*

II. In circulo interiori nomen principis السلطان سلجوق ..... شاه *Sultanus Selgiuc Schah* .....

In margine exteriori بسم الله ضرب هذا الدينار بدمشق سنة اربعين وخمسمايه *In nomine Dei cusus est hic denarius Damasci anno* 540. (aerae vulgaris 1145.)

Num-

Nummus igitur ad dynastiam Selgiucorum Damasci pertinet, nosque novi in recensione principum Damasci, & hactenus desiderati Regis nomen docet. Auctore Deguignes in historia Hunnorum regnavit Damasci ab anno 534. ad 549. Mogireddin abc: omissum est nomen Regis Selgiuc Schah, quem anno 540. ibidem regnasse egregio hoc monumento citra ambiguitatem comprobatur. Vel minimum nomen Regis, mendose Mogireddin appellati, in hoc nummo corrigitur.

Nomen denarii ultimis monetae Cuficae temporibus promiscue omnibus nummis datum videtur. Aeneos vulgo denarios nominari, in num. IX. animadverti, nunc idem nomen in argenteo legimus.

Damascus urbs, quae a Damasco Canaanis filio دمشق بن كنعان (דמשק Genes. XV. vers. 2.) exstructa dicitur, in antiquis nummis الشام *Sciam*, in recentioribus دمشق *Damasc* nominatur.

XXXII.

Nummus ambiguus, forte principis Selgiucorum Iconii, ineditus.

Nescio, an forte ad Selgiucos referendus sit hic nummus. Titulus Arabicus, qui in prima parte legitur, est, quantum intelligi potest الملك العظيم جلال الدنيا والدين, *Rex augustus, gloria mundi, & religionis*. Tertius Rex Selgiucorum in Persia Malecschah, mortuus an. 485. (1092.) hoc cognomine utebatur; sed cum aliis etiam Regibus idem cognomen fuerit, in dubio, & ambiguitate haeret res. Quod si autem vocem sequentem, lectu difficiliorem كيقباد *Cai-cobad* legere velis, ad Regem Selgiucorum Iconii referendus esset nummus, qui a Deguignes Alaëddin Caicobad nominatur, quique mortuus est an. 634. (1236.); quod mihi verisimilius videtur.

Ab altera parte animadvertuntur litterae, Aethiopicis haud dissimiles. Rarus & observatione dignus est hic nummus.

XXXIII.

Nummus argenteus Selgiucorum Iconii exemplum II.

Hic est ille nummus ab Abulfaragio celebratus, qui a cel. Deguignes etiam e museo regio publicatus fuit, sed in museo Borgiano integriori conservatione praeditus habetur. Historiam eius supra tetigimus.

I. Figura leonis, cum sole, & duabus stellis. In circumferentia titulus: الامام المستنصر بالله امير المومنين *Imam, Mostanser billah, princeps fidelium*. Cognomen Chalifae Abugiafari almansur, mortui anno 640. (1242.)

II. السلطان الاعظم غياث الدنيا والدين كيخسرو بن كيقباد *Sultanus*, vel *Imperator augustus, refugium mundi, & religionis, Cai-cosru* (Cosroes) *filius Cai-cobad*. Rex Selgiucorum, qui Iconii regnavit annis 634. ad 642. (1236. ad 1244.) *Cai* significat *animosus, gigas, heros*.

In margine, vel in prima & ultima linea areae سنة سبع ثلثين وستمايه *anno* 637. (aerae vulgaris 1239.) Sed in altro exemplo musei Borgiani legitur, ut in eo, quod cel. Deguignes explicavit ضرب بقونيه سنة تسع .... *Cusus Iconii anno* 637. Idem nummus *tres* stellas habet in parte antica, ut nummus cel. Deguignes.

Selgiucorum nummi (xxxi. & xxxiii.) inter Borgianos primi sunt, in quibus titulus *Sultani* legitur. Sed iam duo saecula prius, anno fugae 393. aerae vulgaris 1002., ut ex auctoribus Arabicis animadvertit cel. Deguignes in historia Hunnorum,

rum, *Mahmud*, primus Rex Gasnae, hunc titulum sibi arrogavit. Et ad maiorem etiam vetustatem illum evehit Carolus du Cange in historia S. Ludovici Francorum Regis (80), qui hanc vocem in Constantini Porphyr. lib. II. de Them. cap. II. animadverterat. Huic testimonium Corippi Africani, qui Iustini II. tempore vixit, addere liceat:

En Sultan nostrā servire paratus in aula
Legatos nobis & plurima munera mittit (81).

Sed quod Chosroem, Persarum regem, tempore Iustiniani eodem titulo usum fuisse putat cel. du Cange, in eo alucinari nobismet videtur; nomen enim Βάσιλευς βασιλεων *Rex regum*, quo in litteris ad Iustinianum Imperatorem missis utitur, non idem valet quam Sultan, & ab antiquissimis temporibus commune erat omnibus Persiae regibus: ita in nummis Parthico-Graecis musei Borgiani nominantur Arsacides Vologeses II., Artabanus III., & Orodes. Atque nummus Arabicus, cuius titulum hoc modo explicat auctor, *Impressio notarum sigilli Sultani maximi, refugii mundi & religionis, Chosrois, filii Cobadi*, multum abest, quin ad Iustiniani tempora pertineat, sed ad recentem satis aetatem relabitur. Chosroes Cobadi, vel ut arabice dicitur, Cai-Chosru, filius Cai-Cobad, neque tempore Iustiniani, neque in Persia regnavit, sed, ut recte animadvertunt eruditissimi viri Deguignes, & Barthelemy (82), Selgiucorum princeps fuit saeculo decimo tertio. Convenit nummus a du Cange publicatus cum raro nummo Borgiano XXXIII. iam laudato, ab eodem principe cuso. In parte antica habetur figura homi-

(80) Dissertatione XVI. *Histoire de S. Louis IX. Roi de France par Charles du Fresne Sicur du Cange*. Paris 1668. fol. pag. 238. diss. XVI. *Du nom & de la dignité de Sultan*.

(81) *Flavii Cresconii Corippi de laudibus Iustini Augusti minoris*, ex recensione P. F. F. Romae 1777. 4. lib. 3. v. 390. p. 87. & 480.

(82) Deguignes in historia Hunnorum tom. I., Barthelemy in dissertatione de nummis Arabicis, inserta tomo XXVI. actorum Academiae Parisiensis.

hominis equo insidentis, cum litteris, ni fallor, Gothicis, in orbe scriptis: in postica titulus Arabicus, titulo nummi Borgiani tam similis, ut vocum ordo, litterarumque ornamenta etiam conveniant, hoc modo, ut equidem existimo, legendus ضرب بسيواس السلطان العظيم مهر غياث الدنيا والدين كيخسرو بن كيقباد *Cusus Sivasi* [antiqua Sebaste, Cappadociae urbe] *Sultanus Augustus, refugium mundi & religionis, Cai-Chosru, filius Cai-Cobad*. Cel. Barthelemius etiam nummum huius Selgiucorum regis Sivasi cusum se vidisse testatur. Nosmet more nostro ad ea nos convertimus, quae e nummis nostris sine ambiguitate intelliguntur. Antiquitus *Emir*, *principis* nomen maximae dignitatis titulus fuit, in primis si duae voces *princeps fidelium* coniungebantur. Sequebatur titulus *malek*, *regis*. Deinde *Sultani* cognomen tam vulgare evasit, ut nomen regis principibus tributariis, vel gubernatoribus relinqueretur.

XXXIV.

Nummus aeneus Turcomanorum Ortocidarum Maredini cum typis christianis, ineditus.

Turcomani, vel, cum nomen a *Turc* & *Coman* inveniisse dicuntur, *Turci Comanenses*, Syriam petebant, cum Selgiuki Persiam invaderent, atque plures provincias expugnabant. Dux eorum erat *Emir Ortoc*, unde successores eius *Ortocidae* dicuntur. Ortoc reliquit duo filios, *Ilgazi* & *Locman*, quorum ille *Maredini* & *Miafarekini*, hic *Amidae* & *Kifae* novum regnum fundavit. Hic nummus ad dynastiam Maredinensem referendus videtur.

I. Ab una parte habetur figura cuiusdam sancti, nimbo coronati, ad cuius latus notae quaedam litterarum scriptae sunt, quas me non intelligere, libere profiteor.

II. Ab

II. Ab altera parte, ni fallor, crucis figura, animadvertitur, & ad utrumque latus duo homines ſtantes, & manum, ut videtur, ad crucem extendentes. Inſcriptionis Arabicae detritae duae tantum voces ſuperſunt, العـادل *aladel*, & in altera linea, الدين *eddin*. Credo, eas non poſſe non pertinere ad nomen Regis Ortocidorum, *almalec aladel* (rex iuſtus) *Huſam eddin Timurtaſc*, cuius alium nummum figuris chriſtianis ornatum referunt P. Frolich (83), & cel. Barthelemy (84), in quo eodem cognomine regis iuſti gaudet. Timurtaſc urbes Meſopotaniae, Diarbecr, Maredin, & Miafarekin circiter xxx. annos gubernavit, mortuus anno 547. [1152.] (85), atque, niſi obtutus me fallit, in margine ſiniſtro obſcura indicia nominis *Mardin* ماردين mihi obſervantur. Sed quid ſignificent notae in margine dextro perſcrutari non potui, niſi forte praeferant vocem Graecam compendiariam (ut IHC Ιησους) ex eodem nummo Graeco, ut & cetera, ab Arabibus imperite tranſcriptam, vel etiam in ipſo Graeco nummo pridem exſiſtentem, qui dein in Saracenorum moneta fuerit denuo, intactis typis anterioribus, ſignatus (76). Hoc a Saracenis Siciliae incolis factum narrat cl. Gabriel Lancillottus Caſtellius princeps Turris Mutii (87), ut antecedentium principum nummi recuderentur, ſive ope typi cuiuſdam Arabicae epigraphes in iis dumtaxat, intactis ceteris emblematibus, ſignarentur.

XXXV.

(83) In annalibus regum & rerum Syriae pag. 109. Venet. 1750.

(84) Barthelemy in diſſert. laudata p. 557.

(85) *Abulfaragii hiſtoria dynaſtiarum* pag. 257.

(86) Exſtat im muſeo Borgiano nnmmus aeneus eiuſdem moduli, cuſus a *Michaele VII. Duca*, qui ann. 1071. ad 1078. regnavit. A parte antica ſtantes exhibet a dextris Michaelem Ducam, & Mariam Aug. a ſiniſtris, una crucem tenentes, cui nartheca inſiſtit: in adverſa Servatorem ſtantem & nimbo crucigero ornatum. Tituli attriti ſunt. Hic forte eſt ille nummus, iterum in Turcorum moneta ſignatus.

(87) *Memorie delle zecche del regno di Sicilia*. Panormi 1775. pag. 22.

XXXV.

Nummus aeneus Turcomanorum Maredini cum effigie principis, ineditus.

I. In una parte huius nummi nihil agnosco. Tum figura principis, tum litterae, quae eam circumdant ab Arabicis typis alienae mihi videntur.

II. Ab altera parte in margine legitur claris litteris Cuficis scriptum nomen principis Turcomanorum, cuius est nummus XXXIV, الملك العادل والعالم حسام الدين *Rex iustus, & sapiens, Husam eddin*. Itaque nummus hic ante annum 547. (1152.) cuius est. In area litterae ita deletae sunt, ut recte eas explicare nimis arduum sit.

XXXVI.

Monumentum Arabicum Turcomanorum Maredini exempla duo, diversi anni.

Idem hoc monumentum refert Barthelemy l. c. e museo regio, excusum a f. 587. (1191.)

I. A. الملك العادل الامام الناصر الدين امير المومنين حسام الدين Ita legendum: *Imam Naser eddin* (defensor fidei) *princeps fidelium* (nomen Chalifae) *Rex iustus Husam eddin*.

In margine, litteris pessime formatis حسام الدين ملك ديابكر يولق ارسلان غازى ارتك .... وخمسمايه *Husam eddin, Rex Diabecri, Iuluc arslan, filius Gazi, filii Ortoc . . . . . D. . .* (ni fallor DLXXXVII.) Nomen quinti principis Turcomanorum Ortocidarum, qui Maredini circiter finem saeculi VI. post Muhamedem regnavit.

II. Ab

II. Ab altera parte quatuor figurae hominum animadvertuntur, quarum una sedet, duae manus supra caput eius extendunt, quarta abire videtur. Omnino ad res gestas Turcomanorum spectat, vel factum principis celebrat haec imago, sed tam obscura est huius gentis historia, ut nihil ad eius explicationem nobis dicendum suppetat, vel hinc quoque nunc innotescat.

XXXVII.

Nummus aeneus cum effigie principis, ineditus.

Ad Turcomanos, vel Atebecos referendum esse hunc nummum, e typis, tituliſque colligo.

A parte prima animadvertitur effigies principis cum titulo Arabico, lectu difficili.

Ab altera in area scriptum legitur لا اله الا الله محمد رسول الله الامام الناصر لدين الله امير المومنين *Non est Deus, nisi Deus, & Muhamed est eius legatus. Imam Naser eddin allah* (defensor religionis Dei) *princeps fidelium*. Nomen Chalifae Bagdadensis in nummis Cuficis celebre. Itaque incidit aera nummi in tempora huius Chalifae, h. e. in spatium annorum 575. ad 622.

In magine forte legitur .... الملك العادل حسام الدين يولق *Rex iustus, Husameddin-Iuluc*. Tunc ad eumdem Ortocidarum Regem referendus esset nummus, a quo antecedens fuit excusus.

XXXVIII.

Nummus aeneus Turcomanorum Maredini cum effigie principis, duo exempla.

I. Caput principis, quod in hoc nummo cernitur, cum effigie principis Muhamedanorum nihil commune habet, & potius caput Imperatoris Romani, laurea coronatum esse videtur, a nummo quodam Romano male transcriptum, vel in eo iam

cubans, antequam denuo penes Turcomanos signaretur. In margine scriptum legitur nomen sexti Turcomanorum Ortocidarum Regis Maredini, & Miafarekini ناصر الدنيا والدين اورتك ارسلان ملك ديار بكر, *Defensor*, vel *protector mundi & religionis Ortoc arslan*, *Rex Diarbecri* . . . . Ortoc arslan, Cotbeddini filius, mortuus est a. f. 636. (1238.): initium regni eius ignotum.

II. الامام الناصر الدنيا والدين امير المومنين

Imam Naser eddunia vaddin (defensor mundi, & religionis) *princeps fidelium*. Nomen Chalifae Bagdadensis, qui in aliis nummis, *Naser ledin allah*, defensor religionis Dei, cognominatur, defuncti a. f. 622. Itaque hoc anno iam regnavit Ortoc arslan, cuius historia celebri historico Deguignes etiam incerta est, & obscura.

XXXIX.

Nummus aeneus Turcomanorum Maredini, cum capite principis.

I. Caput principis, ut in antecedenti nummo, Romanum esse videtur. In margine legitur ضرب . . . . واحده وثلثين وستمايه *Cusus* (Maredini sine dubio) *anno* 631. aerae vulgaris 1233.

II. A. الامام المستنصر بالله امير المومنين *Imam Mostanser billah*, *princeps fidelium*. Nomen penultimi Bagdadi Chalifae, mortui anno fugae 640.

M. . . . . الملك الكامل . . . . (ناصر) الدنيا والدين . . . .

Rex Naser eddunnia vaddin (defensor mundi, & religionis) . . . . Ab eodem Rege cusus esse videtur, a quo proxime ante-

antecedens. *Niebuhr* duos huic similes in descriptione Arabiae publicavit Tab. x. 10., & Tab. xi. 1. In hoc nummo a parte adversa clare animadvertuntur vestigia anterioris nummi, denuo recusi.

XL.

Nummu aeneus Turcomanorum Ortocidarum Amidae, cum capite principis Turcae, ineditus.

I. Principis caput, quod in hoc nummo habetur, Regis Turcae effigies mihi esse videtur, cidari, vulgo *turbante* obvolutum, cuius lacinia dependet. In margine legitur nomen Chalifae Bagdadensis Naseredini الامام الناصر الدين الله.

II. A parte adversa in area habetur nomen principis ملك نور الدين بن قرا ارسلان . . . *Rex* . . . *Nureddin* (lux religionis) *filius Cara Arslan*. Quod nomen quinto Ortocidarum Amidae regi fuit, mortuo anno fugae 581. aerae vulgaris 1185. Chalifa Nasereddin autem regnavit annis 575. ad 622. Itaque intra annos 575. ad 581. excusus est nummus. Patris huius principis, Cara arslan, nummos duos recenset cel. Barthelemy, in dissertatione de nummis Arabicis (n. xi. & xii.), sed noster, ut ceteri plurimi, ineditus est.

XLI.

Nummus aeneus cum figura principis Turcae, ambiguus.

In una parte huius nummi animadvertitur princeps quidam Turcarum; more orientalium, pedibus decussatim insidens. Cel. Niebuhr in descriptione Arabiae (Tab. x. 5. 6.) duos similes nummos publicavit, in quibus caput Regis luna crescente cingitur. Lunae in nummo nostro nulla vestigia supersunt: sed duae stellae ad latera capitis animadvertuntur. Voces Arabicae, quae in margine exstabant, detritae sunt.

Male etiam conservatus est titulus secundae partis, quem; si placet, explices, الامام الناصر الدين امير المومنين المستنصر الملك الكامل محمد *Imam Naser eddin, princeps fidelium. Malek alcamel, Muhamed.* Sed nullum huius nominis principem novi, nisi quintum Aiubitarum in Aegypto Regem, Abubecri laudati successorem, mortuum a. f. 635. (aerae vulgaris 1238.): ad quem nummum referre nollem, quia inter tot huius dynastiae nummos nullum figura, vel effigie ornatum inveni.

XLII.

Nummus aeneus Atabecorum Musulensium, cum figura Imperatoris Romani.

Nomem *Atabec* significat *patrem principis*, quod cognomen tertius Selgiucorum Rex Visiro suo *Nedham el mulc* primum dono dedit. Sequenti tempore multi potentes Emiri Imperatorum Selgiucorum hoc titulo usi sunt, seque provinciarum dominos absolutos asseruerunt, eo tamen discrimine, quod tum Chalifae, tum principis Selgiucorum nomen in precibus publicis, quae *cotba* (88) dicuntur, ante nomen ipsorum recitarent, quo-

(88) Toties harum precum mentionem fecimus, ut non absre videatur de earum origine pauca adiicere. *Cotba* خطبه oratio, vel sermo erat, qua Imami, vel principes templorum ministri preces die congregationis, vel veneris fundendas incipere solebant. Muhamedes, diebus congregationum ad populum dicere, atque, ut melius dicta intelligerent, in scabello stare solebat. Incipiebat sermonem a laudibus Dei, & gratiarum actionibus de victoria reportata, deinde res publicas in deliberationem proponebat. Chalifae, eius successores, hunc morem secuti, e cathedra, quae *manbar* منبار dicitur, ad populum dicebant, & sermoni Muhamedis laudes adiiciebant. Creato novo Chalifa, prima vice, cum

quorum illum antiſtitem ſuperſtitionis, hunc monarcham agnoſcebant. Quatuor Arabecorum dynaſtiae exſtiterunt, *Eraci*, vel Syriae, *Adherbigiani*, *Perſiae*, & *Lariſtani*. Prima in varios iterum ramos abiit, *Muſulenſem*, *Alepinum*, *Arbelenſem*, cet.(89) ad quorum priorem noſter nummus pertinet. Eiuſdem aliud exemplum a cel. Barthelemy in diſſertatione de nummis Arabicis (num. IX.) publicatum eſt.

I. Caput diademate coronatum vel Alexandri Severi, vel Gordiani Pii, ut a cel. Barthelemy animadvertitur, in nummo Romano iam exſtans, nimirum antequam denuo in Arabum moneta ſignaretur, addito dein titulo Arabico [بسم الله ضرب] بالموصل سنة ثمان [وستمايه] *In nomine Dei cuſus eſt Muſulae anno* 608.(1211.) Primas voces, & ultimam e nummo Barthelemyano reſtitui.

II. لا اله الا الله محمد رسول الله [الناصر] الدين امير المومنين عز الدنيا والدين اتابك مسعود بن الملك العادل ارسلان شاه *Non eſt Deus, niſi Deus: eiuſque legatus Mu-*

hame-

cum cotba habebatur, populus manus tollebat, unam alteri imponentes, quae cerimonia fidei iusiurandi locum implebat. Siniſtra manus manum Chalifae ſignificabat, cui dextra fidem dabant. Deinde in conſuetudinem abiit, Muhamedis nomini, nomen Chalifae, & denique Principis etiam addere. Ille, cuius nomine hae preces fundebantur, eo ipſo ut dominus abſolutus agnoſcebatur: quam ob rem principes ii, qui a Chalifa defecerant, ipſorum tantum nomen, ceteri autem primum Chalifae, deinde ipſorum nomen recitandum curabant. Inde alius mos originem habuit, praemittendi ſcilicet in nummis nomini principis Chalifae nomen. Qui ſectam Sciitarum ſequebantur, Muhamedis nomini nomen Ali addere ſolebant.

(89) Deguignes hiſtoire des Huns T. I. par. I. p. 254.

hamedes . Defensor fidei , princeps fidelium . (cognomen Chalifae Bagdadensis) *Gloria mundi , & religionis , Atabec Massud , filius Regis iusti Arslan Schah .*

Hic titulus in nummo Barthelemyano mancus e nostro restituendus est.

Ultimae quatuor voces in margine scriptae sunt . Loco الملك العادل legere etiam posses الملك القاهر , quod Regis Massud cognomen erat: sed tunc hae voces ante عز الدنيا inserendae essent .

XLIII.

Sex nummi aenei primi Atabecorum Regis Aleppi unius eiusdemque typi , inediti .

I. & II. in area الملك العادل محمود بن زنكى *Rex iustus Mahmud , filius Zenghi* . Nomen primi Regis dynastiae Aleppinae , renunciatus anno 540.(1145.) mortuus a. 569.(1173.)

Quae in circumferentia scripta erant , detrita sunt .

XLIV.

Nummus aeneus eiusdem Regis , ineditus .

Ad eumdem Regem referendus est nummus XLIV. , licet nomen omnino diversum exhibeat . Priores nummi praeseferunt nomen germanum principis , hic vero cognomen , quod , cum in imperio suo se confirmasset , more Arabum acceperat . Integrum igitur nomen ei est *Nureddin* , vel *Lumen religionis* , *Mahmud , filius Zenghi* .

I. Caput cuiusdam principis . Aera , quae in margine habebatur , est detrita .

II. A. الناصر الدين الله امير المومنين الملك العادل نور الدنيا والدين *Naser ledin allah, princeps fidelium .* (Nomen

men Chalifae) *Rex nureddunia vaddin*. (lumen mundi, & religionis). Cetera non leguntur.

XLV.

Nummi tres aenei secundi Atabecorum Regis Aleppi, inediti.

I. & II. in area الملك الصالح اسمعيل بن محمود *Rex felix, Ismael, filius Mahmudi*. Nomen secundi Aleppinorum Regis ex Atabecis: regnavit ab an. 569. ad 577. (1174. ad 1181.)

In margine primae partis lego . . . . ضرب حلب سنة . . . . شبعين وخمس *Cusus Aleppi, anno* DLXX . . . . In altera parte etiam خمسمايه, *quinquagesimo* . . . . scriptum videtur.

XLVI. XLVII. XLVIII. XLIX. L. LI.

Nummi aenei, cum figura Servatoris mundi.

Sex horum nummorum in museo Borgiano exstant titulis diversi, quorum primus, & secundus ad illum prope accedunt, quem cel. Niebuhr in *descriptione Arabiae* Tab. x. num. 4. publicavit. Omnem diligentiam, cogitationem, mentem omnem in his nummis defixi, verum haud mihi contigit esse tam felici, ut eos ex omni parte intelligerem.

In eo sex conveniunt, quod ex una parte figuram hominis stantis exhibeant, quae, ut ex omnibus indiciis apparet, Servatoris nostri effigies est, e nummis Byzantinis descripta, vel ex iisdem, cum in Turcarum moneta denuo recuderentur, asservata. In nummo XLVIII. in primis perspicuus est nimbus, quo caput eius circumdatur; manu volumen explicatum tenere videtur, & quidem in solo nummo XLVIII. manu dextra, in ceteris omnibus, & in Niebuhriano, sinistra. Ab adversa etiam parte typi nummorum Byzantinorum animadvertuntur, in plerisque crucis figura, vario modo formata, gradibusque innixa, ut in nummis

Tibe-

Tiberii Abſimari, Leonis Sapientis, Romani Lecapeni, aliorumque reperitur; in unico LI. littera maiuſcula M, cum Δ infra crura, eodem modo ſcripta, quo illam in nummo aeneo Tiberii Mauritii in muſeo Borgiano formatam vidi (89).

Figuras tituli Arabici circumdant, in ſingulis fere nummis diverſi, & in omnibus imperite excuſſi, lectuque difficiles.

A prima parte, ubi Servatoris effigies eſt, haberi videtur in primo nummo XLVI., ad ſiniſtram figurae, nomen عبد الله *Abdalla*, ad dextram vero inter alias litteras iterum الله *Alla*, *Dei*

(90) Nummi huiuſmodi, in quibus litterae ε. I. K. M maiori forma in media area ſculptae ſunt, animadvertente Bandurio, Anaſtaſii Imperatoris tempore coronati anno 491. primum occurrunt (Vid. Anſelmi Bandurii *numiſmata Imperatorum Rom. a Traiano Decio ad Palaeologos* tom. II. pag. 631. Pariſ. 1718.) Probabile, has litteras pro numeris adhibitas nummorum valorem indicaviſſe, nempe ε quinque, I decem, K viginti, M quadraginta. Harum ex muſeo Borgiano Velitris exempla quaedam, quae apud Bandurium deſiderantur, referre iuvat. ε reperitur in nummo *Iuſtiniani* cum epigraphe VICTORIA AVG. & ex altera parte caput Imperatoris ſiniſtrorſum cum diademate D. N. IVSTINIANVS P. P. A. In alio nummo aeneo eiuſdem Imperatoris a parte antica exſtat caput eius ſiniſtrorſum cum diademate D. N. IVSTINIANVS P. P. A. . . . . a poſtica K magnum in area, a ſiniſtris Δ, a dextris crux, & litterae ΘΥ ΠΟΛΙC, nomen urbis Antiochiae, quae *Theupolis* dicta eſt temporibus Imperatorum inferioris ſaeculi. Nummus aeneus *Tiberii Conſtantini* ex una parte exhibet caput Imperatoris a fronte gemmis cinctum pendentibus teniis, dextra involucrum, laeva ſcipionem aquiligerum, attrito titulo ΠΙ ΤΙ . . APPI; a parte adverſa M magnum in area, a dextris ANNO, a ſiniſtris $\overline{\text{III}}$ U, in exergo THEUP (*Theupoli*). Sed aliae etiam litterae Graecae, praeter Romanorum numerandi notas, in nummis occurrunt, ut Δ. H cet., quibus littera ϛ, quae numerum VI. denotat, e nummis tribus aeneis rariſſimis hactenus ignotis ex eodem muſeo Borgiano addimus, in quorum una parte nihil praeter litteram ϛ, ab altera crux aequilatera tribus gradibus innixa cum titulo detrito animadvertitur. Beda lib. III. *de indigitatione* ſcribit, Graecos tres numeros expreſſiſſe propris notis, quae ex Alphabeto non ſunt. Prima eſt ϛ nota numeri VI. Altera G, quae vocatur *Cophae*, & valet inter notas numericas XC. Tertia eſt ϡ *enneacoſia*, quae valet DCCCC.

Dei nomen, litteris perſpicuis ſcriptum legitur. In nummo XLVII. & in Niebuhriano totus titulus, pauciſoribus vocibus conſtans, explicandus videtur عبد الله امير المومنين *Abdalla, princeps fidelium*. Chalifae hoc nomen eſſet, ſed cuius? *Caim*? an *Moctadi*? an *Moſtaſem*? aliorumque, quibus idem nomen germanum fuit, ambiguum relinquitur. Eumdem titulum, quantum e paucis litteris reſiduis intelligere eſt, exhibet nummus LI. In XLVIII. & XLIX. in quibus ſatis deformes ſunt litterae, nomen principis Turcomanorum Ortocidarum *Huſam eddin* legere mihi videor, quod eodem fere modo in nummo XXXV. ſcriptum invenitur.

A parte adverſa in omnibus, quos laudavimus, nummis legitur tritum illud Muhamedanorum لا اله الا الله وحده محمد رسول الله *Non eſt Deus, niſi Deus unicus, cuius legatus eſt Muhamed*. Sed in uno L. eadem verba leguntur in parte antica ad latus Servatoris, & in adverſa nomen. Rara & ſingularis commixtio lucis, & tenebrarum! Denique in nummis XLVI. & XLVII. item in Niebuhriano ad latus crucis legitur nomen urbis, ubi cuſi ſunt nummi, ceteris omnibus ſane diſtinctius بقنسرين *Keneſrini*, Meſopotamiae urbe, & e regione, niſi omnia me fallunt, cifrae vel numerorum notae, quibus annus forte 585. (aerae vulgaris 1189), vel ſi nummum invertas, 679. (1280.) indicatur. (Vid. ſupra pag. 37.)

In tanta horum nummorum ambiguitate nihil, niſi coniectura, mihi relinquitur. Figurae, quae in iiſdem animadvertuntur, documento mihi ſunt, illos in provincia cuſos fuiſſe, quae partim Arabibus, partim Graecis Chriſtianis ſubdita, vel quae Graecorum provinciis contermina fuiſſet, cuiuſque incolae cum Chriſtianis commercio, & conſuetudine eſſent coniuncti. Figura & crux forte eos in ſolvenda pecunia acceptos reddebant Chriſtianis: tituli Arabici Turcis. Itaque, quantum coniicere licet,

eos a quodam Turcomanorum, vel Arabecorum principe, qui praeterea frequenter pecuniam figuris ornabant, tempore Chalifae cuiusdam Abdallae signatos fuisse existimo.

LII.

Nummus ornatus figura hominis, equo insidentis, incertus, ineditus. Exempla duo.

Ab una parte cernitur princeps Turca equo insidens, cum tiara, vulgo *turbante* in capite, & manu lanceam tenens, & duae stellae; ab altera habetur titulus Arabicus, cuius in uno exemplo nihil, in altero paucae hae litterae leguntur ... السلطان المعظم ... رف ... بن ... بهن *Sultan maximus ... roc ... filius .. bin.*

Incertus sum de hoc nomine, sed tamen forte a veritate non alienum foret, si *Barkiaroc* explicaretur. Hic Imperator Irani fuit e posteris Selgiuki, atque ab anno 485. ad 498. (1092. ad 1104.) regnavit. Sultani titulo hi principes gaudebant; ab alio eorum nummum figuris ornatum supra (num. XXXIII.) exhibuimus, atque forma litterarum huius nummi in tempus Barkiaroki, h. e. in duodecimum saeculum circiter incidit. Si quis alium horum nummorum integriorem possideret, is, fallar nec ne, definire posset.

LIII.

Nummus aeneus figura hominis ornatus, equo vecti.

Cum plures adhuc nummos figuris signatos examinaverim, hunc addendum putavi, licet litteris Arabicis recentibus scripti sint tituli, eo magis, cum ad rariores nummos pertineat.

I. Princeps equo insidens cum inscriptione السلطان ابو سعيد ابن السلطان *Sultan Abu-Said, filius Sultani.*

De

De cognomine *Sultani*, quo hodie in nummis utuntur Sultani Constantinopolitani supra disseruimus pag. 60.

II. Avis silvestris figura, & in margine ضرب ارزكان *Cusus* ....

Tres nobis innotuerunt Sultani recentioris aevi, quibus nomen *Abu Said* fuit, unus Rex Persiae, & Astracani e posteris Timuri, annis 861. ad 873. (1456. ad 1468.) alter Abu-Said Bahadur Chan, ultimus Mogolorum in Persia Rex, defunctus 736. (1335.), & Abusaid Barcoc, primus Mamlucorum in Aegypto princeps. Cui potius tribuendus sit nummus, dubius haereo: ceterum typi ex historia Mamlucorum bene quidem explicari potuerunt. Equo vehi apud nationes orientis dominii, & maiestatis signum est: quam ob rem in variis urbibus, ut Cairi, tantum principes equo incedunt, ceteris omnibus vetitum est. Avis forte symbolum Mamlucorum fuit. Fuerant enim hi homines servi, a Rege Aegypti empti, ut in milites instituerentur, qui Regis corpus custodirent: iisque Rex arma regia, variis avium silvestrium imaginibus ornata, quibus distinguerentur, dono dedit (91).

LIV.

Nummus aureus Mogolorum Persiae.

Dynastiae Mogolorum in Persia primus fundator erat *Hulagu chan*, dux Imperatoris Sinarum. Is primus possessionem Persiae sibi vindicavit, & domicilium sibi *Scirazi* constituit. Attamen non erat Rex absolutus, neque nomen ipsius, sed nomen Imperatoris Sinarum in nummis excudebatur. *Argun*, unus ex posteris eius, suum nomen nomini Imperatoris addere incepit, eiusque filius *Mahmud* eo processit, ut nomen Imperatoris penitus eliminaverit. A secundo Mahmudis successore excusus est nummus noster.

(91) Deguignes *histoire des Huns* tom. 1. part. 1. pag. 264. 265.

I. A لا اله الا الله محمد رسول الله *Non eſt Deus, niſi Deus: Muhamed eſt legatus eius.*

In margine nomina quatuor Chalifarum ſecundum Sciitas ابوبكر عمر عثمان على *Abubecr, Omar, Otman, Ali*, leguntur.

II. A. السلطان العظيم ابو سعيد بهادر خان خلد الله ملكه *Sultan auguſtus, Abu Said Bahadur Chan, cui Deus regnum confirmet.* In prima & ultima linea ضرب تورز *Cuſus Taurizi.*

M. ضرب تورز سنة اربع .... وسبع ماية *Cuſus Taurizi anno* DCC. . . . IV., vel anno 724., vel 734. Bahadur enim regnavit ab anno fugae 716. ad 736. (1316. ad 1335.) Cenſeo, 734. *Rectius* يزد *in urbe Jesd.*

Idem nummus a cel. Niebuhr in deſcriptione Arabiae tab. x. num. 1. delineatus eſt: ſed immerito e numero Cuficorum excluſus.

LV.

Eiuſdem principis nummi duo aurei.

I. A. Ut ſupra, *Non eſt Deus* cet., & in margine nomina quatuor Chalifarum, quos Sciitae colunt.

II. In media area ſtella, & circum eam titulus السلطان ابو سعيد بهادر خان خلد ملكه *Sultan Abu ſaid, Bahadur Chan, cui Deus regnum confirmet.* In prima, & ultima linea ضرب تورز *Cuſus Taurizi.* (Hae voces ad titulum marginalem pertinent.) *Rect.* يزد *Jesdae.*

M. فى سنة ثمان وعشرين وسبعمبه (Cuſus Taurizi) anno 728. (1327. aerae vulgaris.) Alterum exemplum Borgianum

gianum in omnibus cum hoc convenit, nisi quod nomen urbis sit سلطانیه *Sultania*, de cuius magnificentia vide Deguignes in historia Hunnorum T. III. pag. 279.

LVI.

Eiusdem principis nummus argenteus.

In omnibus conveniunt tituli huius nummi cum praecedenti LV., nisi quod forte pro ثمان legas ثلاث, unde annus 723. orietur. Cuius est Sultaniae.

LVII.

Nummus vitreus, albus.

احمد *Ahmed*. Forte nomen cuiusdam gubernatoris, qui in fide, & ditione Chalifae fuit. Deinde, quantum ex obtusis litteris intelligi potest, الامام المستكفى بالله امير المومنين *Imam Mostecfi billah, princeps fidelium*. Nomen Chalifae Abassidae, qui solo anno 333. (944.) regnavit. Inde autem non efficitur, vitrum hoc eiusdem esse antiquitatis; contra satis recens esse videtur, & ad modulum nummi multo antiquioris efformatum. Sed cui usui, nescio.

LVIII.

Vitrum albi coloris, cum titulo Arabico.

Tantum in una parte, ut antecedens, signatum est hoc vitrum, altera laevigata. Titulus legendus est الملك ابو على الحاكم بامر الله امير المومنين *Rex Abu Ali, Rex iubente Deo, princeps fidelium*. Nomen regis Fatemidarum, cuius in nummo XXI. meminimus. Regnavit XXV. annos, ab anno 386. ad 411. *Rex Abu Ali* est nomen, quo ut Monarcha usus est; *Hakem beamrallah, princeps fidelium*, cognomen, quod tamquam Chalifa gessit.

LIX.

LIX.

Vitrum viridis coloris, cum titulis Arabicis.

Duos titulos genere, & aetate diverſos hoc vitrum comprehendere videtur. Ab una parte titulus vitro minor, litteris antiquis Cuficis ſimplicibus exaratus legitur, الحاكم بامر الله laudati Fatemidarum regis nomen. Ab altera parte titulus vitro maior, quam ob rem litterae nonnullae deficiunt, ſcriptus litteris Cuficis recentioribus, variis lineolis ornatis, quas vulgo *carmaticas* vocant لا اله الا الله محمد رسول الله على ولى الله *Non eſt Deus, niſi Deus, cuius legatus eſt Muhamed, amicus Ali*. Symbolum Sciitarum, in nummis Fatemidarum frequens. (Vid. pag. 53.)

LX.

Vitrum album, cum titulo Arabico.

Incertus ſum de huius vitri titulo, qui in fuſione obtuſus evaſit. Forte in exteriori margine inter cetera legitur nomen الامام *Imam*, in inferiori المعز لدين الله *Moëz ledin allah*, cognomen celebris illius Fatemidarum regis, qui Siciliam expugnavit. Ab altera parte nullus titulus exſtat.

LXI.

Vitrum cum titulo Arabico, viridis coloris.

Vitrum hoc ſatis antiquum, ab una parte titulo ſignatum, *taliſmanus* eſſe videtur. Sed non intelligo titulum litteris nimis implexis ſignatum: in ſecunda linea forte nomen Dei الله *Allah* habetur.

Neſcio, quid de his vitris cenſendum ſit. Ea nummos non fuiſſe, neque inſtar pecuniae valorem habuiſſe, ex titulorum ratione veriſimile eſt. Nonnulla enim, quae titulos in pecunia obvios

obvios impressos habent, ut LIX., nummos, & aetate, & inscriptione formaque diversos in uno exemplo coniungunt: alia titulos in nummis omnino insolitos exhibent. Neque apta videntur, quae superstitionis forte caussa appensa gestarentur. Interim ex ipso oriente in Europam missa sunt haec exempla; & in Sicilia, ubi Fatemidae regnarunt, quorum in quibusdam nomina leguntur, saepe pecunia vitrea Arabica e terra effossa dicitur (92). Eruditorum erit has ambiguitates dignoscere, atque diluere.

LXII. LXIII.

Nummi duo aenei ignoti.

In duobus his nummis nihil legitur, nisi formula vulgaris: *Non est Deus, nisi Deus, socii expers, Muhamed est legatus Dei*. Manifestum est ex forma litterarum, eos ad recentiorem aetatem referendos esse, sed ad quam dynastiam pertineant, ambiguum relinquitur.

NUMMI ARABICI A CHRISTIANIS CUSI

NUMMI SICULI CUFICI.

Nummi Siculi Regum Christianorum, tum Arabici, tum Arabico-Latini, & Arabico-Graeci ex auro, ex argento, & ex aere inveniuntur. Aurei circiter dimidium *scutatum* valent, atque antiquitus in Sicilia *floreni* dicebantur. Argentei, sed magis magisque aerei quam argentei, a Rogerio in locum pecuniae *Romesinae*, ut dicebatur, substituebantur. Aenei *oboli* dicuntur, idemque fere valent, quantum hodie *grani* Neapolitani.

Omnes nummi Siculi, qui Arabicos titulos exhibent, a Normanorum regibus excusi sunt, quibus extinctis, Arabica lin-

(92) Vide *le antiche inscrizioni di Palermo raccolte, e spiegate sotto gli auspizj dell' eccellentissimo Senato Palermitano*. In Palermo 1762. fol. pag... adnot.

lingua eliminata videtur. Itaque intra ſpatium LXVI. annorum, quibus Normani Siciliam, & Neapolim poſſederunt, continentur. Litterae in iiſdem, excepto unico Tancredi, *Cuficae* ſunt, vel Arabicae antiquae.

ROGERIUS

MORTUUS ANNO MCLIV.

LXIV. *aureus*.

I. Littera T cum titulo Arabico . . . روجار امير *Rogerius Dux*.

II. Ex altera parte tritum illud Muhamedanorum لا اله الا الله وحده لا شريك له *Non eſt Deus, niſi Deus, cui ſocius non eſt*, vocibus tranſpoſitis, ut in recentioribus nummis Cuficis ob iuſtam linearum proportionem, & elegantiam frequenter accidit.

Hic nummus deſideratur in muſeo Vergarae (93), ſed alius Rogerii cum littera T reperitur, quam cel. auctor *Trinacriam* explicandam cenſet.

LXV. LXVI. *aurei*.

Litteram T cum iisdem vocibus Arabicis exhibent hi nummi, at vario modo tranſpoſitis. In margine etiam ab utraque parte tituli Arabici exſtant, ſed nimis attriti.

LXVII. LXVIII. *aurei*.

I. Littera T, & inſcriptio Arabica in circumferentia, lectu difficilis.

II. For-

(93) *Monete del regno di Napoli da Rogerio ſino a Carlo VI. raccolte, ſpiegate da D. Ceſare Antonio Vergara.* In Roma 1515. in 4.

II. Formula Muhamedanis celebris, vocibus transpositis لا اله الا الله محمد رسول الله *Non est Deus, nisi Deus, cuius legatus est Muhamed*.

LXIX. *aureus*.

Eamdem formulam ab una parte exhibet hic nummus, ab altera loco T nomen *Rogerii* arabice.

LXX. *aureus*.

Hic nummus ob varias lineas, quibus litterae continentur, easdemque attritas, lectu difficilis est, sed ad eumdem Regem mihi referendus videtur. Antica parte legitur لا اله الا الله محمد رسول الله *Non est Deus, nisi Deus, cuius legatus est Muhamed*, eodem modo scriptum, quo in nummo Rogerii LXIX. Postica parte, nisi omnia me fallunt, voces امير رجار *Dux Rogerius* agnosco.

LXXI. LXXII. *exempla duo, aurei*.

Prioribus e regione oppositi, quantum lux & tenebrae, sunt haec exempla, & tamen eiusdem principis nomine signati. A parte antica legitur in area المعتز بالله الملك رجار المعظم *Qui gloriatur in Deo, Rex Rogerius augustus*. Ex adversa in area crucis figura cum vocibus IC XC NIKA *Iesus Christus vincit*. In margine aera forte scripta fuit, sed detrita est. Hic nummorum Rogerii dissensus eodem modo explicandus, quo typi Christiani in nummis Muhamedanorum explicantur. Principes nimirum, ut pecunia eorum ab omnibus regni incolis, tum Christianis, tum Muhamedanis sine obstaculo admitteretur, minime dubitabant, in quibusdam nummis titulos Muhamedanos, in aliis Christianos excudere, vel in uno eodemque nummo utros-

que coniungere. Accedit, id quod non praetereundum videtur, nummos istos cum symbolo Muhamedis a Rogerio *Duce* cusos fuisse, cuius imperium forte vacillabat (94); hos autem a Rogerio *Rege* cusos, qui in potestate confirmatus Turcarum invidiam minus timebat. Omnes hi nummi desunt apud Vergaram, & explicati sunt, quantum scio, a nemine.

LXXIII. *aeneus.*

I. ROGERIVS REX.

II. Titulus Arabicus, qui a Vergara explicatur *regis thronus* (pag. 4.); mallem, الملك روجير *Rex Rogerius.*

LXXIV. *aeneus.*

Nummus minoris moduli, cum iisdem titulis.

LXXV. *aeneus. Exempla duo, inedita.*

Hic nummus ab utraque parte Arabicus est, variisque lineis ornatus. Ab una parte habetur in medio nummo stella, & in margine voces بامر . . . رجار المعظم Vox, quae desideratur, supplenda est الملك *Iussu Regis Rogerii augusti.* A parte adversa, ubi voces ludrico modo dispositae stellam formant, intelligo voces . . . سنة . . . ضرب بـ *cusus . . . anno . . .* Nummus ineditus est, & rarus.

Muhamedani Rogerio pro eius indulgentia non ingratos, neque beneficii immemores fuisse, ex inscriptione Arabica pluvialis Imperatorii Norimbergae adservati apparet. (confer. pag. 10.) Veram absolutamque huius tituli explicationem primum

(94) Ea etiam conditione Panormus a Roberto Giuscardi anno 1072. expugnabatur, ut Muhamedani in omni sectae suae exercendae libertate relinquerentur. Robertus deinde totam Siciliam fratri Rogerio tradidit, exceptis Panormo, & Messana. Guilielmus Apulus *de Normanis* lib 3. p. 266. Gaufredus Malaterra *in historia Sicula* lib. II. cap. 45. p. 574. tom. v. *rerum Italicarum scriptor.* Muratorii.

mum invenit doctissimus vir *Olaus Gerardus Tychsen*, Buzovii orientalium linguarum professor cel., eamque pro sua in nos humanitate, & benevolentia nobiscum communicavit. ذو عمل بالحراة الملكيه المقمورة بالسفط والاجلال والمجد والكمال والطول والافضال والقبول والاقبال والسماحة والجلال والفخر والجمال وبلوج الامير والامال وطيب الايام والليال بلا زوال ولا انتقال بالعز والدعايه والحفظ والحمايه والسفط والسلامه والنصر والكفايه بمدينة صقليه سنة ثمان وعشرين وخمس مايه *Dedicatum regiae maiestati, quae exsplendescit benevolentia, dignitate, gloria, humanitate, indulgentia, mansuetudine, libero accessu, adituque, commiseratione, magnificentia, luxu, pulcritudine, splendore principis, divitiis, felicitate dierum, noctuumque continua & non interrupta, potestate, votis* [civium], *protectione, defensione, praesidio, prosperitate, victoriis, abundantia, in urbe* [terra] *Siciliae anno* 528. (Muhamedis, aerae vulgaris 1133. conf. num LXXX.) Itaque hoc est pallium, addit cl. vir, quod Rogerio, Siciliae expugnatori, a subditis suis Arabis, postquam Rex renuciatus fuisset, ex acclamatione, & obsequio fuit oblatum. Rogerii filia, Constantia, uxor fuit Henrici VI. Imperatoris, quae cum regios thesauros hereditate accepisset, hac occasione pallium illud inter insignia imperii fuit relatum.

WILLELMVS I.

REGNAVIT ANNIS MCLIV. AD MCLXVI.

LXXVI. *aeneus*.

I. Beata Maria cum Iesu infante.

II. REX W. In margine titulus Arabicus lectu difficilis, qui forte nomen urbis, & aeram exhibet. *Vergara* Tab. II. 1.

LXXVII. *aeneus*.

I. الملك غليلم المعظم *Rex Willelmus auguſtus*. Crux in area.

II. In area crux ornamentis aucta, in margine titulus Arabicus. Deeſt apud *Vergaram*.

LXXVIII. *aeneus*, *ineditus*.

I. الملك غليلم المعظم *Rex Willelmus auguſtus*.

II. المعتز بالله *Qui gloriatur in Deo*. In area crux.

WILLELMVS II.

REGNAVIT ANNIS MCLXVI. AD MCLXXXIX.

LXXIX. *aureus*, *rarus*, *ineditus*.

I. Crux, ut in poſtica parte nummi LXXVII. cum titulo غليلم الثانى *Willelmus ſecundus*.

II. Eadem crucis forma, & inſcriptio ناصر النصرانيين *Protector Chriſtianorum*. Dignus fuit hoc titulo Willelmus, qui non tantum ob clementiam *bonus* cognominabatur, ſed de re Chriſtiana in primis bene meritus fuit (vid. Vergaram pag. 9.) cum contra anteceſſores eius, praeſertim Rogerius, Muhamedanis nimis forte faviſſent.

LXXX. *aureus*.

I. In circulo interiori الملك غليلم المعتز بالله *Rex Willelmus, qui gloriatur in Deo.*

In circulo exteriori ضرب بمدينه صقليه سنه سبعين وخمسمايه *Cuſus in urbe Siciliae anno* 570. [aerae vulgaris 1174.]

II. Crux

II. Crux, cum titulo Graeco $\overline{IC}$ $\overline{XC}$ NIKA, ut in nummis aureis Rogerii regis.

In circumferentia eadem verba, quae a parte priori leguntur, *cusus in urbe Siciliae anno* 570.

Duae in hunc nummum obſervationes faciendae ſunt: una, nomen urbis non indicari, eamque vel eodem nomine, quo inſula, *Siciliam* nominari, vel, ſi mavis مدينه *in urbe* mendoſe ſcriptum eſſe pro مدن *in terra, in regno*. Altera, in his nummis Siculis non aeram Chriſtianam, neque Hiſpanam, ut in nummis Alfonſi, poſtremo explicandis, ſed Muhamedanorum haberi.

Veriſimile eſt, Willelmum I. etiam, qui inter Rogerium, & Willelmum II. intercedit, ſimiles nummos ſignaviſſe, ſed nullum eorum inſpicere mihi contigit.

LXXXI. *argenteus*.

I. Arbor, forte palma, cum litteris W. Rx (*Willelmus Rex*), quae a Vergara (l. c. pag. 7.) minus recte leguntur W. PV.

II. A. الملك غليم الثانى *Rex Willelmus ſecundus*.

M. † TERCI . . . . SIS
Vergara Tab. III. 2.

LXXXII. *argenteus*.

I. A. مدينه صقليه *In urbe Siciliae*. In margine . . الله . .

II. TERCIA DVCALIS. Deeſt apud Vergaram.

Verba *tercia ducalis*, ut erudite animadvertit doctiſſimus huius muſei poſſeſſor (*memorie iſtoriche di Benevento* Part. III. vol. I. pag. 117.) ſine dubio ſignificant *tertiam partem ducati*. Rogerius nimirum, ſublata pecunia Romana, *edicto totius Italiae partibus abhorrendo*, novos nummos argenteos inſtituit, quos *ducatos* nominavit.

LXXXIII.

LXXXIII. *aeneus*.

I. A. REX W SCDS *Rex Willelmus secundus*.
M. † OPERATA IN VRBE MESSANE.

II. A. الملك غليم الثانى *Rex Willelmus secundus*.

M. ضرب بامر الملك العظيم بمسعنه *cusus iussu regis augusti Messanae*. Exstat in museo Parutae.

LXXXIV. *aeneus*. *Exempla duo*.

I. Caput leonis.

II. الملك غليم الثانى *Rex Willelmus secundus*.

Refertur a Paruta. Vide supra adnotationem 7.

TANCREDUS.

REGNAVIT ANNIS MCLXXXIX. AD MCXCV.

LXXXV. *aeneus*.

I. Titulus litteris Arabicis recentibus scriptus, in quibus nomen تنقريد *Tancredi* agnoscere credo. Alium nummum Tancredi, litteris Arabicis recentibus signatum refert Vergara tab. IV. 2.

II. REX SICIL.

Ab ultimo Normanorum Rege *Willelmo tertio*, Siciliae profugo, & tertio regiminis anno interfecto nummos excusos non reperi; neque a Vergara proferuntur. Et Vincentius Iohannes Lastanosa, qui primus de nummis Cuficis egit, in recensione regum Siciliae, qui Arabicos nummos signarint, confidenter eum excludit (95).

LXXXVI.

(95) *In museo de las medallas desconoscidas Españolas* p. 114. *Los Reges de Sicilia usaban en sus monedas de los caracteres Goticos i Arabes, come vemos en las de Rugero, primer Re di aquella Isla, Guillelmo primero, i segundo en el nombre, i de Tancredo, que falleciò por los años de ciento noventa i cinco.*

LXXXVI.

A Rege Christiano cusus est hic obolus, sed ignoro, an Siculus sit, vel Hispanus. Antica parte legitur nomen, Arabice الملك ضرب, quod explicare nequeo: postica crux, & titulus Arabicus aeque difficilis in circumferentia.

NUMMI HISPANIAE CUFICI.

LXXXVII. LXXXVIII. LXXXIX. XC.

Nummi aurei Cufici Toleti cusi.

Nummi aurei Toletani, paucis noti, & a nemine explicati (96), magnam nummorum Borgianorum seriem claudent, ut egregius finis, ut dicunt, opus coronet.

Inscriptio in omnibus eadem est, excepta aera.

I. In area crucis figura; deinde ..... المسيحيه ..... *Christianus*, vel *Christi* .... & infra litterae ALF, quae nomen *Alfonsi* significant.

In margine بسم الاب والابن والروح القدس الالـــه الواحد من امن وتجد يكون سالما *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Dei unius. Qui credit et baptizatur, salvabitur.*

II. Area الفنش بن (vel القتولقين) امير الفرنقين *Rex (Dux) Francorum* (vel شنجه* بيد (vel بحكم) الله وفضله

(96) Lastanosa unicus est auctor, qui horum nummorum meminit, & unum, sed male delineavit: *Museo de las medallas desconocidas Españolas*. En Huesca 1645. 4. num. CLXX., vel rectius CLXIX. Refert de his nummis p. 114., eos in Sicilia etiam inventos fuisse; atque tria exemplaria Borgiani musei Romae effossa sunt. *En el Castillo de Moncon*, inquit, *este anno 1644., entrando un soldato a una concavidad de los peñascos, sobre que esta fundada la fortalezza le cayò a sus pies una moneda de oro, i alçando los ojos viò un resquicio entre la tierra, i pareciendole, que de alli se auria despeñado, abriò camino con la espada è hizo caer de tropel mas de 300 monedas de oro de 24 qualites, todas de un cuño e peso, es a saber dos adarmes i ocho granos, de las quales tengo algunas. Su dibuxo se hallarà en este museo en el numero* CLXIX.

*) سانجه *scribitur hoc nomen ab Abulfeda in ann. Musl. ad a. 367. Ed. Havn. T. II. p.*

(vel , *Catholicorum*) *Alfons ben Sancho* (Alfonſus , filius Sanctii) *per manum* (vel *providentiam*) *& gratiam Dei* .

In margine nummi LXXXVII. ضرب هذا الدينار بمدينة طليطله سنة ثلث وعشرين وماتين والف الصفر *Cuſus eſt hic aureus in urbe Talitala* [Toleti (97)] *anno* 1223. *aerae Safarenſis* [vel Hiſpanae ; aerae vulgaris 1185.]

In margine nummi LXXXVIII. ضرب هذا الدينار بمدينة طليطله سنة اربع وعشرين وماتين والف الصفر *Cuſus eſt hic aureus in urbe Talitala anno* 1224. *aerae Safarenſis* (aerae vulgaris 1186.)

In marg. nummi LXXXIX. ضرب هذا الدينار بمدينه طليطه سنة تسعه وعشرين وماتين والف الصقر *Cuſus eſt hic aureus in urbe Talitala anno* 1229. *aerae Safarenſis* (aerae vulgaris 1191.)

In margine nummi CX. ضرب هذا الدينار بمدينه طليطله سنة ثلاثين وماتين والف الصفر *Cuſus eſt hic aureus in urbe Talitala anno* 1230. *aerae Safarenſis* (vulgaris 1192.)

Toletum, urbium Hiſpaniae hoc tempore facile princeps, a Gothis diu poſſeſſa, anno aerae vulgaris 715. Muhamedanorum armis victricibus ceſſit (98). Deinde variis viciſſitudinibus, & turbis agitata fuit. Anno 147., aerae vulgaris 764. eam

(97) Toletum *Talitala* arabice nominari diſcimus ex *Abulfaragii hiſtoria dynaſtiarum* p. 241. & paſſim.

(98) Vid. *Ambroſio de Morales la Coronica general de Eſpaña* tom. II. en Alcala 1577. fol. 207. B. Tomus I. impreſſus eſt Alcalae 1574. in fol. Tom. III. Cordubae 1586.

eam expugnabant Nader, & Taman, Chalifae Hiſpani Abderrachmani duces. Deſcivit anno 213., aerae vulg. 828., cum multis aliis urbibus, duce Haſciano quodam: ſed mox (a. 223. aer. vulg. 837.) a Chaliſa ad obedientiam redacta fuit, & punita. Extinctis regibus Ommiadis, urbs Toletana ſuos ſibi renunciavit Reges Muhamedanos, qui *Beni Dulnum* vocantur, eamdemque XLIII. annos (ab an. 435. ad 478., vel 1043. ad 1085.) gubernarunt. Deinde Alfonſus, Rex Chriſtianus Caſtellae, urbem e manibus eorum eripuit, atque ab hoc tempore, brevi tamen intercedente intervallo ab anno 1195. ad 1212., in Chriſtianorum poteſtate perpetuo manſit (99). Alfonſus VIII. filius Sanctii III., a quo nummi Borgiani ſignati ſunt, in Caſtellae, & Toleti regnum patri ſucceſſit anno 1158., regnavit annos 55., obiit anno ineunte 1214.

Quemadmodum plerumque accidit, ut victi victorum leges accipiant: ita Arabes in Hiſpaniam linguam, & litteras ſuas intulerunt. Hiſpani ita ſtrenue & alacriter ad litteras Arabum incubuerunt, ut omnes etiam linguae Arabicae elegantias callerent, carmina ab ipſis Arabibus exculta concinnarent, & vernaculam linguam eo uſque negligerent, ut e mille vix unus epiſtolam latine ſcribere potuerit (100). Nec poetica laus viris dumtaxat communis fuit, quin multae etiam feminae Muſas coluerunt, inter quas *Maria Alfaiſuli Sevillenſis* undecimo ſaeculo in primis claruit, & ut Sappho Arabicae poëſeos celebrata eſt (101). Mirandum igitur non eſt, principem Chriſtianum

(99) Vid. Deguignes *hiſtoire des Huns* tom. 1. part. 1.

(100) Teſtis eſt *Alvarus de Corduba* in libro ms. eccleſiae Cordubenſis edito opera *P. Florez in Eſpaña ſagra* tom. II. p. 274. . . . . *ita, ut in omni Chriſti collegio vix inveniatur unus in milleno hominum numero, qui ſalutatorias fratri poſſit rationabiliter dirigere litteras, & reperiantur abſque numero multiplices turbae, quae erudite Chaldaicas* (lege Arabicas) *verborum explicent pompas.*

(101) Opera eius mſs. exſtant in bibliotheca Eſcurialenſi. Floruit anno Muhamed. 411. Vid. Michaelis Caſiri *bibl. Arabica Hiſpana Eſcurialenſis* tom. II. pag. 150.

in nummis etiam lingua Arabica, qua tantopere delectabatur, usum fuisse. Sed audax forte videbitur, qui huiusmodi inscriptionem pecuniae suae apraverit, qua mentes Arabum, a quibus cingebatur, non potuerint non exacerbari. Nobis hoc quidem non videtur. Mauri enim (ita Muhamedanos in Hispania vocant) in iis etiam urbibus, quae eorum dominio subiectae erant, Christianis omnem plenamque religionis suae exercendae libertatem concesserant (102). Et si forte minus cautus fuerit Rex, qui pecuniam signavit: virtutem, animumque intrepidum huius principis ex illis etiam litteris novimus, quibus anno 1194. regem Africae Iacobum ad pugnam lacessit, cuius deinde fortitudini succubuit (103). In eo tamen morem Arabum secutus est, quod figuras, in nummis Latinis Lusitaniae, aliisque hoc tempore obvias, eliminaverit, & loco effigiei suae solum nomen scripserit (104).

Rex Francorum, vel *Catholicorum* in nummis nominatur. Utroque enim modo explicari possunt litterae Arabicae, & utraque vox minus recte cum littera *kâf* ق loco *caf* ک scripta reperitur, pro فرنكيين, كاثوليكيين *Francorum* nomine, ut docte animadvertit illustris huius musei possessor (105), a tempore bellorum sacrorum, Europei, cuiuscumque sint nationis, a Turcis appellari solent, vel quia Francorum numerus in illis

(102) De Morales l.c. fol. 207. D. *Los Moros dexaron a los Christianos con sus dignidades sacerdotes y grande uso e libertad en su religion.*

(103) Leguntur hae litterae apud Abulfaragium pag. 412. Lat. vers. pag. 277.

(104) Nummi Lusitaniae a Rege Sancio ad Alfonsum IV., vel ab anno 1185. ad 1357. excusi, ab una parte nomine, & effigie Regis signati erant, ab altera cruce, & quatuor stellis, cum titulo in margine INNE PATRIS ET FILII SPS SCI A. *Emanuelis Severini Faria noticias de Portugal*. Journal étranger par Mr. l'Abbé Prevost Mars 1755 pag. 52. seq.

(105) Clar. *Stephanus Borgia in orationem Pii II. Pont. M. de bello Turcis inferendo*, tom. III. *Anecdotorum Romanorum* pag. 265.

illis expeditionibus semper maior erat, vel quia Franci aliquo tempore Palaestinam ipsam retinuere. Unde forte evenit, quod in Indiis quoque orientalibus Francorum nomine Itali, Angli, Hispani, Lusitani, aliique Europaei designentur.

Nomini additur formula *per providentiam, & gratiam Dei*. En huius formulae, regibus celeberrimae, in nummo Arabico primum, ni fallor, exemplum. A tempore Caroli VII. ad hunc usque diem signum absolutae potestatis, in Gallia praesertim habetur, quod monarchiam, integramque includat auctoritatem; quam ob rem Carolus anno 1442. noluit, ut comes de Armagnac eodem uteretur. Sed non a prima eius institutione idem significasse, recte animadvertit cel. *Bonamy*, qui illius epocham ad regnum *Pipini* retulit, quo tempore non modo a principibus, sed a comitibus, episcopis, abbatibus ex sensu venerationis divinae, & religionis adhibebatur (106). Iam ulterius progredimur, eamque formulam a Toleti regibus, vel ob venerationem Dei, vel forte dominationis caussa adhibitam esse, e nummo Borgiano concludimus. Eodemque fere tempore a Willelmo II., Siciliae rege, adhibebatur, cuius nummum cum hoc titulo W DEI GRA REX a Vergara publicatum habemus.

De *aera Safarensi*, in his nummis obvia, & Arabibus Hispanis tum in libris, tum in tabulis publicis astronomicis, & geographicis frequentissima, scriptores Latini prorsus silent, si paucos excipias, qui illam confidentius aeram Christianam, vel aeram martyrum dixere. Sed aeram Safarensem non aliam, quam *Hispanam* esse, patet tum ex analogia vocis Hebraicae ספרד *Safard*, quae Hispaniam significat, tum e mutua utriusque aerae collatione in inscriptionibus codicum Arabicorum Hispanorum, ubi Safarensis Christianam xxxviii. annos excedit (107).

(106) *Memoire sur l' origine & la signification de la formule pas le grace de Dieu par Mr. Bonamy, dans les mem. de l'acad. des inscript.* tom. xxvi. p. 660.

(107) E. c. Codex dcccLxv. Escurialensis exaratus est *in urbe*, *Vadi*

SPatium in tabula reliquum implet numiſma argenteum Imperatoris Perſiae, omni, quo fieri potuit, cultu & ſcripturae elegantia excuſum. Huiuſmodi numiſmata ab Imperatoribus Perſiae, cum imperii poſſeſſionem ineunt, inter populum ſpargi ſolent; atque cum inſtar pecuniae uſitata non ſint, a vulgo ornamenti, & boni ominis cauſſa ob ſymbolum Perſarum, quod in iis exaratum eſt, in pectore geſtantur. In parte adverſa numiſmatis noſtri veſtigia anſarum videntur, quibus illud appendunt. Tituli hoc modo explicandi ſunt:

I. لا اله الا الله محمد رسول الله علی ولی الله *Non eſt Deus, niſi Deus; Muhamed eſt eius legatus, Alì eius amicus.* Symbolum Sciitarum, & Perſarum, ut ſupra animadvertimus. In circumferentia exarata ſunt nomina duodecim Imamorum, qui a Sciitis coluntur: *Alì*, *Haſſan*, filius Alì, *Huſſain* filius Alì, *Alì*, Huſſaini filius, *Muhamed* Baker, *Giafar*, cognomine iuſtus, *Muſa*, *Alì* ridha, Muſae fil. *Muhamed*, fil. Ridhae, *Alì* askeri, *Haſſan* askeri, & *Muhamed*, director cognominatus.

II. Nomina, & cognomina Imperatoris. السلطان العادل الكامل . . . . سلطان حسين شاه بن السلطان ال . . . . السلطان بهادر خان خلد الله ملكه وسلطانه ضرب اصبهان ١١٣٢ *Sultan iuſtus . . . . . Sultan Huſſain Schah, filius . . . . Sultani Bahadur Chan, cui Deus regnum conſervet. Cuſus Iſpehani* 1132. (1719. aer. vulg.)

Vadi Alhagera [Hiſp. Guadalaxera] *feria 6. die 16. nov. anno aerae Safarenſis* 1463., *nativitatis* 1425. Michaelis Caſiri *Bibliotheca Arabica Hiſpana Eſcurial.* tom II. pag. 295.

MACRI-

MACRIZI

De nummis Arabicis Muhamedanorum observationes, excerptae ex eius historia monetae Arabicae a Michaele Casiri in Bibl. Arabica Escurial., tom. II. p. 173. (108)

اول من ضرب فى الاسلام فيه المعاملة عمر ابن الخطاب فى سنة ثمانية عشر من الهجرة على نقش الكسرويه وزاد فيها الحمد لله محمد رسول الله . وفى بعضها لا اله الا هو . وعلى جزء منها اسمه عمر ❀

Primus, qui Muhamedanorum pecuniam ad Persicae exemplar cudit, fuit Chalifa *Omar*, *Chatabi* filius, anno fugae 18. (aerae vulgaris 639.) quam titulo signavit, *Laus Deo*, *Muhamed est Dei legatus*, vel, *Non est Deus nisi ille*, & in parte adversa nomine suo *Omar* (109).

عبد الله بن زبير ضرب بمكه دراهم مستديرة وهو الاول من ضرب هذه الدراهم ونقش

Abdalla, *Zobairi* filius (110) omnium primus nummos argenteos rotundos Meccae signavit, incidens in area *Abdalla*, & ab una parte *Muhamed*

(108) Unicum forte quod Romae nunc exstat huius bibliothecae exemplum possidet clar. Praesul, Rotae Romanae xiivir, *Iohannes Maria Riminaldius*. Dulce mihi nomen, & perpetua observantia, & grato animo colendum. Historia Macrizi scripta est anno fugae 818.

(109) Sed nihil de his nummis dicit antiquior, & celebris Maeinus, qui originem nummorum Arabicorum ad annum fugae 76. refert, cuiusque auctoritatem secuti sumus. Vid. supra pag. 12. Nummos Omari, de quibus Macrizi, rotundos non fuisse, ex sequentibus patere videtur, forte pro simplicitate primae pecuniae quadrati erant.

(110) *Abdalla Zobairi* f. Chalifa Ommiadarum occisus fuit anno fugae 71., aerae vulgaris 690.: regnavit annos novem.

ونقش بدورها عبد الله.
وباحد الوجهين محمد رسول
الله. وبالاخر امر الله بالوفاء
والعدل ۞

med Dei legatus, ex adverſa, *Deus iuſſit reſtitutionem, & iuſtitiam.*

الامير محمد بن هرون
الرشيد نقش فى السكه باعلى
السطر ربى الله. ومن اسفلها
العباس بن الفضل ولما عهد
الامين الى ابنه موسى ولقبه
الناطق بالحق المظفر بالله.
ضرب الدنانير باسمه ونقش
عليها كل عز ومفخر لموسى
المظفر ۞

Elamin Muhamed (111), filius *Harun Raſcid* in parte ſuperiore pecuniae ſcribi iuſſit, *Dominus meus eſt Deus*, in inferiori, *Abbaſida filius Alfadl*. Quum autem Elamin filium *Muſam*, quem vocavit *Alnatek bilhak almodfer billah*, ſucceſſorem deſignaſſet, nummos aureos eius nomine ſignatos cudit, cum titulo, *omnis gloria & honor Muſae al-modfero* (112).

لما دخل ابو الحسين جوهر
الكاتب الصقلى الى مصر
بعساكر

Abu Huſsain Giauhar Siculus, poſtquam cum exercitu principis fidelium Moëz - le-

din-

(111) Integrum huius nomen, *abu Muſa Muhamed alamin abu abdallah*. Fuit Chalifa Abaſſidarum, annis 193. ad 198. vel 809. ad 813. aerae vulgaris. De titulo, quo nummi eius ſignati dicuntur, ſuſpicio mihi ſuboritur. Vix enim credere poſſum, eum in pecunia, omiſſo ſuo nomine, ſcribi iuſſiſſe, *Abbaſida*, h. e. unus e poſteris *Abbaſi*, *filius Alfadl*. Neque memini, me patrem eius umquam *Alfadl* cognominatum legiſſe.

(112) Sed deeſt *Muſa* in ſerie Chalifarum apud Deguignes tom. 1. part. 1. pag. 323. Amino ſucceſſit frater eius *Mamun*, anno 198., aerae vulgaris 813. Omnium quos adhuc recenſuit auctor, nummorum veſtigia neque inter nummos Cuficos mihi cognitos, neque apud alios auctores inveni.

بعساكر امير المومنين المعز
لدين الله فى سنة تلثمايه
وثمانيه وخمسين وبنى
القاهره المعزية وضرب الدينار
المعزى ونقش عليه باحد
وجهيه تلثه اسطرا احدها
دعا الامام معز لتوحيد
الاحد الصمد وتحته سطر فيه
المعز لدين الله امير المومنين
وتحته سطر فيه ضرب هذا
الدينار بمصر سنة ثمانيه
وخمسين وثلثماية . وفى
الوجه الاخر لا اله الا الله
محمد رسول الله ارسله
بالهدى ودين الحق ليظهره
على الدين كله ولوكره
المشركون ۞

وفى سنة سبعه وستين
وخمسمايه

din-allah in Aegyptum veniſſet, anno CCCLVIII. (aerae vulgaris 958.), & Cairum Moezinum condidiſſet, *denarios* (aureos) *moezincs* cudit, in cuius parte priori tres verſiculi ſcripti erant; primus: *Invitat Imam Moez ad cultum unius, aeterni*; ſecundus: *Moez ledin-allah, princeps fidelium*; tertius: *cuſus eſt hic denarius* (aureus) *in Aegypto anno* CCCLXXXV. A parte adverſa: *Non eſt Deus, praeter Deum, & Muhamed eſt legatus Dei, quem cum vera fide miſit, quacumque fide clariori, invitis etiam infidelibus* (113).

Praetera anno 567. (1172.)

Cairi

(113) Hi aurei Moezini, quorum duo exempla muſeo Borgiano acceſſerunt, in ſupplemento explicanda, eiuſdem moduli ſunt, cuius nummi Siculi eorumdem principum, inter Borgianos XXI XXII. XXIII. ab una parte legitur: *Moez ledin allah, princeps fidelium*, &,

Invitat

وخمسماية ضربت المعاملات بالقاهرة باسم الملك الناصر صلاح الدين يوسف بن ايوب امير المومنين المستضى بامر الله وباسم السلطان الملك العادل نور الدين محمود زنكى ۞

Cairi signata fuit pecunia nomine regis *Saladini Iosephi*, *filii Iobi*, & principis fidelium (Chalifae) *Mostadi beamr-allah* (114): eodemque tempore (Aleppi) nomine *Sultani almalek aladel* (regis iusti) *Nur eddin* (luminis religionis) *Mahmud Zenghi* (115).

يوسف بن تشفين ضرب المعامله فى الاندلس ونقش عليها لا اله الا الله محمد رسول الله وتحت ذلك امير المسلمين يوسف بن تشفين وفى الدايره ومن يتبع غير الاسلام دينا فلن يقبل منه وهو فى الاخرة من الخاسرين وفى الصفحه

Ioseph filius Tesfin pecuniam in Hispania signavit his titulis: *Non est Deus praeter Deum: Muhamed est Dei legatus*, & subinde, *Imperator Musleminorum*, *Ioseph filius Tesfin*. In circuitu: *Qui aliam, praeter Muhamedis sequitur fidem, Deo placere nequit, & in altero mundo peribit*. Ex adversa parte, *Emir Abdallah, princeps fidelium, Abbassida*

Invitat Imam Moez ad cultum unius, aeterni. Ab altera, *Non est Deus, nisi Deus, Muhamed est eius legatus; Alì eius amicus*, & in margine aera.

(114) Moris enim est, ut ex nummis nostris scimus, & supra (pag. 14.) animadvertimus, ut nonnulli principes in pecunia Chalifae nomen cum eorum nomine coniungant. Huiusmodi Saladini nummus est Borgianus XXIV., nomina Saladini, & Chalifae Nazer exhibens.

(115) Huius etiam nummus in museo Borgiano exstat num. XLIII. Mahmud fuit rex Atabecorum Aleppi, sed in pecunia *Sultanus* non salutatur, quod tamen Macrizi credidisse videtur.

الصفحه الاخرى الامير عبد
الله امير المومنين العباسى
وفى الدايره سنة ضربه
وموضع سكته ۞

fida, & in circumferentia cusae pecuniae tempus, & locus (116).

معويه بن ابى سفيان
ضرب دنانير عليها مثاله
مقلدا سيفا ۞

Moavia filius Abi Sofian (primus Ommiadarum Chalifa, mortuus anno LX., aerae vulgaris DCLXXX.) nummos aureos cudit, in quibus erat eius effigies expressa, virum gladio cinctum referens (117).

عبد الملك سنة ست
وسبعين ضرب بالعراق على
يد الحجاج الدنانير والدراهم
وكان فيها نقشا وصورة:
والصانع كان يهوديا يقال له
سمير ونقش على احد وجهى
الدرهم الله احد وعلى الاخر
لا اله الا هو وفى الطوق
الواحد

Similiter *Abd elmalek* anno fugae 76., praeside *Hegias*, artifice Iudaeo, nomine *Samir*, nummos aureos, argenteosque Iracae cudit, symbolo effigieque signatos, ex quorum una parte legebatur, *Deus unus*, ex altera, *Non est Deus, nisi ipse*. In priori in margine, *Cuius est hic nummus in urbe N.* ab adversa, *Muhamed est*

 Dei

(116) Huius Iosephi pecuniae titulos supra pag. 17. adnotat. (23) recensui. Macrizi eos minus intellexisse videtur: & re vera pauciissimi sunt inter Arabes, qui antiquas litteras Cuficas cognoscant. Vox *Musleminorum* in nummis, quos vidi, omittitur. Deinde pro *Emir Abdallah* legitur *Imam Abdallah*, & vox *Abbasida* iterum desideratur. Nescio, an Ioseph in Hispania monetam constituerit: in Africa autem nummos excusit.

(117) Mihi omnino ignoti, & suspecti sunt hi nummi. In illis temporibus, & in primis in pecunia Chalifarum nulla vestigia figurarum inveni. Conf. supra pag. 25.

الواحد ضرب هذا الدرهم
بمدينه كذا وفى الاخر محمد
رسول الله ارسله بالهدى
واسم الحاج ۞

Dei legatus, quem cum vera fide misit, & nomen *Hegias* (118).

اما الملك الظاهر ركن
الدين بيبرس البندقدارى
الصالحى النجمى ضرب دراهم
طاهرية وجعل على الدرهم
صورة سبع ۞

Denique *Almalek eddaher Rucneddin Bibars* (Aegypti rex e Mamlukis, mortuus anno 676. vel 1277.) nummos, quos a nomine eius *Daherinos* nuncupant, leonis effigie signavit (119).

(118) Diversa est relatio Macini de his nummis, quam nos secuti sumus pag. 12.

(119) Ignoti mihi sunt hi nummi.



in alio exempl.
الهدى

In Museo Borgiano.

SIGILLA

SIGILLA ARABICA

Sigilla quaedam Arabica e muſeo Borgiano e pluribus ſelecta nummis adiicimus, non quidem ea ratione, quod illa cum nummis ob praeſtantiam exaequare velimus, ſed tamen, quod ipſa ad percipiendam calligraphiam Arabicam, & mores gentis obſervandos prodeſſe plurimum videamus.

Maximum ſigillum aeneum, quod in tabula IX. delineavimus, rariſſimum eſt. Vexillis militum imprimi ſolet, atque deſcriptionem corporis Muhamedis continet, parum ab illa diverſam, quam Lud. Maraccius *in vita Muhamedis* refert cap. XXVI. p. 31.

Prodromo in Coranum praemiſſa بسم الله الرحمن الرحيم وما
ارسلناك الا رحمة للعالمين امدح ازهر اللون بياض ارح
ابلج اهدب اشهل رحب الجبهة صغرا الاذنين اقنى
الانف افلج مدور الوجه واللحية طويل البدين رقيق الانامل . .
القد لبس فى يديه شعر الا الخط من الصدر الى السرة وبين
كتفيه ختم النبوة مكتوب فيها توجه حيث شيت
فانك منصور . . . *In nomine Dei miſericordis. Nihil petimus a te, niſi miſericordiam pro mundo, a te, qui albeſcentes habes capillos, vividi coloris es, lacteo mixti, praeditus pectore alto, ſuperciliis diſtantibus, longis ciliis, ampla fronte, auribus parvis, naſo gibboſo, rotunda facie & barba, manibus longis, mollibus digitis, ſtatura quadrata, ſine pilis in manibus, ſed piloſus e pectore ad umbilicum, & inter ſcapulas impreſſum habes ſigillum prophetiae, cui inſcriptum eſt, Abi quo vis, & ſemper eris victorioſus.*

Sigilla vulgaria, quibus ad ſignandas epiſtolas utuntur Arabes, & quae annulis includere ſolent, vel formulam quamdam,

plerumque e Corano sumptam, quae ad nomen spectat, vel solum nomen, vel utrumque continent.

Prioris generis est sigillum primum tabulae IX. Cuficum, hoc titulo signatum, حسبى الله ونعم الوكيل *Chasbi allah unaam elvakil*, h. e. *Sufficit mihi Deus suavis meus protector*. Nomen homini fuit *Naame* نعمه: formulam hanc vero in lapide scalpi curavit, quae vocem similem, eiusdemque radicis *naam* referret.

Solum nomen exhibet sigillum secundum Cuficum الحسين بن على *Hossain, filius Alì*.

Tertium exaratum est litteris, quas vulgo *Carmaticas* (120) vocant, omnibus, quibus fieri potuit, ornamentis exornatis, sed cum mire intricatae sint, lectu difficilioribus.

Instar quarti denique, quod solum nomen صالح *Salah* continet, hodie Persarum, & pleraque Arabum sigilla scalpuntur.

Sed multo frequentior est usus annulorum sigillarium apud orientis populos, quam apud nostrates. Plerique, tum Christiani, tum Muhamedani, nomen suum annulo inclusum gestant: & nobiles etiam, atque principes loco insignium solo nomine addito interdum symbolo suo utuntur. Iuvat hic prae ceteris refer-

(120) *Carmatae* erant gens impia vagabunda, quae anno 277., aerae vulgaris 892. primum prodiit, & per dimidium saeculum Asiam omni scelere vexavit. Historiam eius referunt *Gregorius Abulfaragius in historia dynastiarum*, Oxonii 1663. pag. 274. Arab. vel p. 179. 180. vers. Lat. *Macinus in historia Saracenica* editionis Erpenii pag. 174., aliique. Sed nulla auctoritate comprobatum legi, litteras Carmaticas ab hac gente nomen inveniisse. Contra *Firusabadensis* in Lexico suo Arabico in voce *carmat* scribit القرمطه دقه الكتابه ومقاربة الخطة وهو قرمطيط *Carmat significat subtilitatem scripturae, unde hoc scribendi genus Carmaticum dicitur*. E quo etiam apparet, litteras Cuficas ornamentis auctas ob magnam earum molem, male a nostratibus Carmaticas appellari.

referre sigillum feminae nobilis Mardinensis, *Maani Gioeridae*, uxoris celeberrimi peregrinatoris, equitis *Petri della Valle*, defunctae in itinere anno 1623., atque hac occasione utriusque memoriam revocare (121). In medio sigillo Syriace ita legitur:



h. e. *SERVA DEI MAANI*. Has voces circulo circumdat titulus Arabicus, litteris arte intricatis, & transpositis, اسم الاشرف الارفع الاعلى الست معانى بنت السيد حبيب الماردينى من بيت جويريد الاصل الجزيرة فى البلد القديم *Nomen nobile, praeclarum, excelsum dominae Maani, filiae domini Habib Mardinensis, e familia Gioerida, stirpe insulae in terra antiqua*, h. e. ex veteri, & illustri familia prognata.

Sultani etiam Constantinopolitani insigne, quo in litteris, & in pecunia utitur, *Tugra* طغره nominatum, nihil aliud nisi nomen continet, figura quadam inclusum. Cuius originem ab interprete Regis Daniae in aula Ottomanica, *Pol Eremian* بول ارميان, vel *Paullo Ieremiae*, cum annis elapsis in Daniam proficisceretur, accepi. Antiquitus, inquit, Sultani neque nomine, neque sigillo litteras confirmabant, sed tres digitos manus dexterae, pollicem & duo proxime sequentes rubro colore intinctos iis hoc modo imprimebant, ut pollex lineam transversam, ceteri digiti perpendicularem formarent. Sequenti tem-

(121) Delineationem huius sigilli, quod sine explicatione exstat in libro, cui titulus: *Funerale della Signora Sitti Maani Gioerida della Valle, celebrato in Roma l' anno 1627., e descritto da Girolamo Rocchi. In Roma 1627.* in 4. mihi obtulit cl. meique amicissimus Abbas *Ioh. Christophorus Amadutius*, cui pro tanta eius in me, in mea studia, & in hoc meum opusculum merita publice maximas, & sinceras gratias ago.

tempore nomen in eius signi locum substituere incipiebant, sed ita tamen ad veteris moris memoriam dispositum, ut hasce tres lineas tamquam fundamentales semper referret.

In eadem tabula additur in fine delineatio templi Meccani, ut in patera magica Borgiana supra adnot. 47. laudata exhibetur. Figura oblonga celebrem *Cabam* refert, ad quam Muhamedani, ubicumque sint, cum preces fundunt, facies convertunt. Cingitur versus apicem pretioso panno, cui in hac patera inscriptum est: لا اله الا الله محمد رسول الله *Non est Deus, nisi Deus, cuius legatus est Muhamed*. Infra ad laevam petra nigra cernitur, quam a Gabriele angelo ad Cabam exstruendam caelo demissam esse somniant. Ad latera denique huius aedificii exstant semicirculus, qui ruinas Cabae antiquae refert, & varia sacella. Patera, quae delineationem illam exhibet, intrinsecus & extrinsecus titulis, atque figuris signata est. Extrinsecus inter alia legitur, eamdem afferre medicinam, si laborans ex ea bibat, contra morsum serpentis, scorpionis, canis, colicum dolorem cet. Intrinsecus ter sexdecim loculi quadrati templum, quod centrum occupat, circumdant. Quorum alii titulos Arabicos Cuficos continent, vel versiculos Corani, vel formulas magicas; alii figuras, cifris Arabicis cinctas exhibent, quibus vim arcanam inesse putant. Hae figurae sunt octo, ad usum paterae spectantes, nimirum canis, scorpionis, hominis pedibus decussatim insidentis, stellae, animalis quadrupedis, serpentis, iterum hominis, & lunae crescentis. Qua occasione observamus, Muhamedanos lunae figura in memoriam fugae Muhamedis ex urbe Mecca uti, utpote quae teste Scaligero lib. II. *de emendatione temporum* pag. 137. (Coloniae 1629.) accidit *corniculante luna*. Numquam cultum lunae exercuerunt Muhamedani, qui ipso Corano illis vetitus fuit his verbis (Sura XLI. vers. 35.) *Ne adoretis solem, neque lunam, sed adorate Deum, qui creavit ea, si eum colitis*.

MONU-

MONUMENTUM

CUFICUM DRUSORUM

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-11619/fragment/page=00000117

MONUMENTUM

CUFICUM DRUSORUM.

ACceſſit muſeo Borgiano, cum ad nummos Cuficos explicandos incumberemus, pretioſius quam quod aliud monumentum, ſimulacrum aeneum vituli, ſcriptura arcana Arabica exornatum. Illuſtris Praeſul, pro ſingulari, quo litteras fovere, & propagare curat, ſtudio, illud cum eruditis communicare, & nummis Cuficis adiungere cogitavit: nobiſque eius examinandi, &, quantum fieri poteſt, explicandi facultatem benigne elargitus. Ubi primum illud intueri nobis licuit, dubitatio inceſſit, an ſimulacrum ad Muhamedanos ſpectaret, licet nonnullos eorum figuras, effigieſque peramare, non ignoremus. Cui igitur nationi ſacrum, quidve ſignificaret hoc ſimulacrum inveſtigare arduum nobis videbatur. Accepimus deinde a monachis Maronitis, Romae degentibus, cum quibus conſuetudine iuncti ſumus, *Druſos*, populi genus, quod montem Libani occupat, ſimulacra boum, vel vitulorum ſecreto colere, eademque occulto quodam charactere, qui a nemine, niſi arcanis eorum initiato, intelligatur, exornata. Eodem tempore ampliſſimus Praeſul pro conſueta ſua humanitate nobiſcum communicavit libellum manuſcriptum, Italice loquentem, in quo multa ad Druſorum hiſtoriam pertinentia ex ipſis eorum libris explicantur, atque cultus, quem ſimulacro, vitulum exhibenti, impendunt, confirmatur. Itaque hiſce notionibus inſtructi in ſimulacri ſignificationem, & in arcana gentis penetrare potuimus; ac proinde omnia, quae uſque adhuc ignota dicturi ſumus, clariſſimi Borgiae benevolentiae nos debere, primum grato animo profitemur. Interim quae in laudato libro de Druſis diſperſa leguntur, cum omnia noya ſint & fidelia, colligere, & ordine quodam diſponere,

nere, iisque insuper disquisitionem de eorum origine adiicere studuimus, qua disquisitione eruditis pergratum nos facturos esse, atque ad simulacrum ipsum explicandum viam multo faciliorem paraturos existimavimus. Primum ergo de origine, & historia gentis Drusorum, deinde de eorum sacris, denique de quibusdam eorum legibus agemus.

I.

De origine, & historia Drusorum.

QUod ad originem Drusorum attinet, sunt, qui nimis remotam antiquitatem iis tribuant, alii, qui in contrarium errorem lapsi, nimis recentis originis eos esse putent: adeo huius nationis historia est obscura, ut vel in ipso gentis nomine pronunciando plerique alucinentur. Inter primos insignes sunt auctores Londinenses historiae universalis orbis terrarum, qui loco quodam Herodoti innixi, ubi gentis Δηρουσιαιων meminit, eosdem multis ante Christum natum saeculis exstitisse dicunt. Recenset Herodotus *Derusiaeos* inter gentes Persas, quas Cyrus deficere a Medis coegit, eosque agricolas esse ait (1). Sed si e sola nominis affinitate, cum nulla alia indicia exsistant, gentes coniungere, & commiscere liceat, eodem iure dixeris, *Derseos* [Δερσηες] Traciae populos, quorum idem auctor meminit (2), Drusorum esse parentes.

In alium errorem lapsi sunt eruditi Galli (3), & qui eosdem sequuntur, referentes, Drusorum gentem originem trahere

(1) Herodoti lib. I. cap. cxxv. pag. 54. edit. Londin. 1679. fol. Εισι δε Περσεων συχνα γενεα και τα μεν αυτων ὁ Κυρος σαναλισε και ανεπεισε απισαθαι απο Μηδων; εσι δε τασδε ..... Δηρουσιαιοι, Γερμανιοι. ἑτοι μεν παντες αρότηρες εισι.

(2) Lib. VII. cap. cx. pag. 418.

(3) Histoire des Druses peuple du Liban formé par une colonie de François; liber hos ante annos impressus.

re a superstitibus Christianorum Gallorum cruce signatorum, qui in terram sanctam duce quodam *de-Dreux* profecti fuissent. Sed si ea gens, de qua agimus, iam tempore celebris viatoris Beniamini Tudelensis, ut ipse testatur, exsistebat, qui Castellam redux mortuus est anno 1173. (4), manifestum est, eam originem non trahere ab anno 1227., neque, quod idem est, quadraginta annis post perditam Hierosolimam, h. e. post annum 1187. in montibus Palaestinae primam sedem statuisse. Error inde forte ortus, quod Beniaminus gentem *Dogsin* דוגזיאין vocet; ita enim in suo libro ab amanuensibus imperitis, ut credimus, corruptum est nomen Drusorum. Eos x. milliaribus a Sidone in altis montibus, & rupium antris habitare, & ad montem usque Hermon pertingere dicit, iis neque regem, neque principem imperare; in incestus effusos proprias filias sibi iungere, animarumque post mortem in alia corpora transmigrationem credere (5). Quae cum omnia fere cum authenticis Drusorum relationibus conveniant, eum de Drusis loqui, nullum est dubium.

Certiora nobis reliquit *Macinus*, auctor historiae Saracenicae, sed neglecta adhuc ab eruditis, quia ex amanuensis negligentia in nomine commissus est error, & *Darari*, pro *Drusi*, scriptum (6), unde de alia gente illum agere existi-

(4) Iuchasin, vel Chronicon Abrahami Zacuti, edit. Cracovienſis fol. 131. רבי בנימין בעל המסעות נפטר תתקל"ג הוא אור הגדול אשר זרח שמשו לכל ישראל h. e. R. Beniaminus viator obiit anno 933. (aerae vulgaris 1173.) magnum illud luminare, cuius sol toti Israeli exortus fuit. Conf. etiam R. David. Gans in suo Chronico צמח דוד P. I. fol. 55. Eodem anno absoluerat itinera, ut e praefatione libelli eius מסעות ר' בנימין animadvertimus.

(5) V. Itinera R. Beniaminis edit. Constantini Imperatoris Lugd. Bat. 1633. pag. 34.

(6) Puncta diacritica litterarum Arabicarum in editione historiae Macini, facta opera Erpenii Lugduni Batavorum 1625., saepius omittun-

marunt. „ Anno 408. aerae Turcicae, inquit, venit impostor „ e Persia in Aegyptum, cui nomen erat *Muhamedo filio Ismae-* „ *lis*, & cognomen *Druso*. -- Hic, cum a Hakemo, Aegyptio- „ rum Rege, benigne acceptus esset, eumdem esse Deum, qui „ universum creasset, divulgabat. Hakem, qui blanditiis illis „ delectabatur, ea omnia libenter confirmavit, impostoremque „ honoribus auxit: sed damnavit ea populus, cui odiosus erat „ Rex, & interficere Drusum studuit. Irruitque in eum Turca „ quidam curru Hakemi vectum eumque occidit. Inde tumul- „ tus Cairi a populo excitatus, qui tres dies duravit: claus„ „ fuerunt portae urbis, direpta domus Drusi, & multi asseclarum „ eius caesi. Deinde Turca etiam ob culpam commissam appre- „ hensus, & occisus fuit. Paullo post hanc seditionem prodiit „ dece-

tuntur. Inde error ortus; درری sine puncto litterae ر, pro درزی scriptum est.* Deinde etiam Darari, ut Erpenius vocem mendosam latine effert, arabice non scribendum esset درری, sed درارى. Addunt auctores historiae universalis Londinenses tom. xvi. pag. 333 edit. Gallicae aliam rationem, ob quam Dararos Macini a Drusos diversos putant, quod Drusi Hakemum non colerent ut Deum. Sed contrarium omnino discimus e libris Drusorum. Verba Arabica Macini haec sunt pag. 264. 265. وفى سنه ثمان واربع مايه ورد الى مصر داع عجمى يسمى محمدا بن اسمعيل وتلقب بالدررى (lege بالدرزى) وقصد خدمة الحاكم واحسن اليه وانعم عليه فدعى الناس ان يعتقدوا فى الحاكم انه الاله الذى صنع العوالم واعلن هذه الدعوه واشهرها ولم ينكر الحاكم عليه بل احسن اليه وشكره على ذلك وانكر الناس هذا الاعتقاد وعملوا على قتل الدررى

* Consentit Jo. Sim. Assemani in chron. orient. Romae 1729. p. 142.

„ deceptor alius *Hamze*, *filius Ahmedis*, cognomine Alhadi,
„ e Perſia oriundus, & in pago quodam, Cairi vicino, habi-
„ tans. Is Druſi pravas ſententias inter populum divulgavit, at-
„ que doctores Mizram (Cairum,) & in varias Syriae urbes mi-
„ ſit, ut eaſdem propagarent. Iſti, ut homines allicerent, licen-
„ tiam iis dabant, ſorores, filias, matres in uxores ducere,
„ omniaque pietatis opera, ieiunium, preces, & peregrinationem
„ Meccanam auferebant: multi Muhamedanorum pro gentis huius
„ prava libidine illos libenter ſequebantur. Abſtinuit Hakem ab iis,
„ quae muneris eius erant, precibus ſcilicet, & concione in tem-
„ plo

الدرزى (الدرزى) ووثب عليه بعض الاتراك فى مركب
الحاكم فقتله وذهب داره وافتتن الناس وغلقت ابواب
القاهرة واستمرت الفشة ثلاثه ايام وقتل جماعة من الدرزية
(الدرزية) وقبض بعد ذلك على التركى قاتل الدرزى
(الدرزى) وحبس وقتل على ذنب خلق له وظهر بعد
ذلك الدرزى (الدرزى) داع اخر عجمى يسمى حمزة بن
احمد ويلقب بالهادى ونزل بظاهر القاهرة فى الموضع
المعروف بمسجد بير ودعى الناس الى مقاله الدرزى (الدرزى)
واقام جماعه من الدعاة وثبتهم فى مصر واعمالها والشامات
ودعوا الى الاباحة وفسخ نكاح الاخوان والابنات والامهات
واسقطوا جميع التكليفات من الصوم والصلاة والحج
واستجاب لهم خلق كثير وكان الحاكم يعتنى بالهادى
ويساله عما حصل من اهل دعوته وعددهم وقطع الحاكم
ما

„ plo die veneris habenda (7); ſuſtulit ieiunia menſis Ramadan „ duorumque feſtorum, quae *Beiram* dicunt, item peregrina- „ tiones Meccanas, in cuius locum alias Talabiam Arabum inſti- „ tuit, nec denique, ut anteceſſores, velum e ſerico, & auro „ contextum, templo Meccano in donum miſit. „ Ceterum Ha-kem fuit homo inconſtans, crudelis, impius, vel ut Macini verbis utar, *in eo concurrebant atheiſmus & inſania*. Urbem Miſram incendio delere iuſſit, quia incolae ſub iugo eius plorabant: ipſe huic ſpectaculo interfuit, plebe ei acclamante: *O Deus noſter, auctor vitae & mortis* (8)! Inſidiis occiſus eſt a ſorore menſe ſceval anno CCCCXI. (aerae vulgaris MXX.) cum regnaſſet annos XV. & dimidium menſis, natus eſſet annos triginta ſeptem (9).

Confirmatur haec Macini relatio de origine Druſorum ipſo gentis teſtimonio, quod in laudato libro bibliothecae Borgianae profertur, licet veris falſa admiſceantur, quae a ſapienti lectore facile dignoſcantur. Druſi, ex fide huius libelli, nomen & ori-

ما جرى به رسمه من صلواته وخطبه فى الجوامع فى ايام الجمعة وفى شهر رمضان والعيدين وعطل الحج الى مكه عده سنين واحتج بتغلب العرب وانقطاع حمل الكسوة التى جرت العادة بتجهيزها الى الكعبة اليمانية واستشعر المسلمون بما ظهر من هذه الامور لانحرافه عن دين الاسلام ۞

(7) Vide, quae de *Cotba* in explicatione nummorum Cuficorum fuſe diſſeruimus.

(8) Macinus l. c. pag. 260. وكان خلق من الجهال والرعاع يعتقدون فى الحاكم الالهية وكانوا اذا راوه صاحوا يا الاهنا يا محيى يا مميت ۞

(9) Macinus loc. cit. pag. 258.

& originem trahunt a Druſo quodam (10), natione Perſa, qui anno cccccviii. (aerae vulgaris mxvii.) in Aegyptum profectus, Chalifam hoc tempore regnantem, a quo multis donis, honoribuſque auctus fuerat, Deum eſſe praedicavit. Chalifa, libenter talia audivit, & ſemet accepto corpore humano a caelo in terram deſcendiſſe, gloriatus eſt. Conſcripſit etiam codicem legum, a ſuis cultoribus obſervandarum, quem ut teſtamentum iis reliquit, atque a terra ſubito evanuit, ubi eius cultores, qui ab eo tempore *Druſorum*, vel المتوحدين *unitariorum* (venia ſit verbo) nomina acceperunt, eum reducem expectant. (11) „ Sapientiae eius impenetrabilis eſſe dicunt, quod preces, pietatem, „ ieiunia, itinera Meccana, ſacrificia prohibuerit, quod e feneſtra „ cantus populares auſcultaverit, choroſque aſpexerit, atque equi„ tum iocos, qui cum lanceis, flagellis & lucta coram eo decer„ tarent; quod res antea prohibitas permiſerit, ut illegitimum „ concubitum; & denique quod quotidie ad fontes *ezzahik*, & „ *el cuſra* redierit„ forte lavandi corporis cauſſa. Sublato Chalifa, ſervus

(10) In libro manuſcripto error eſt in nominibus, e negligentia auctoris commiſſus. Chalifam Aegypti nominat, *Muhamed filium Iſmaelis*: & Druſorum impoſtorem, *Druſum*. Sed Chalifa Muhamed Iſmael numquam exſtitit in Aegypto, & accuratior eſt Macinus, qui nomen illud, Druſo tribuit.

(11) Ms. من حكمته ما لم يعرفه احد التى بها منع الصلوة والزكاة والصوم الحج والنكر ووقوفه فى الصوفية يسمع الاغانى والرقص من المشعبدين والركابية يلعبون قدامه باعصى والمقارع والصراع وذكره الاحاليل ونكاح الفروج ورجوعه الى بيت الريبق ويبر الحفرة فى كل يوم وكل ذلك من حكمته ما لم يعرفه احد ☆

ſervus eius *Hamze* حمزة, qui Druſo ſucceſſerat, domini laudes, & leges omnibus viribus propugnare incepit, nomen principis, & ſacerdotis fidelium امام المومنين ſibi arrogans, ſeque *Hakemi* ſucceſſorem ab eo ipſo denunciatum eſſe praedicans (12). A Druſis cognominatur امام الزمان *Dominus temporis*, قايم الزمان *director temporis*, & ولى الزمان *Rex temporis*.

Recentioribus temporibus, Druſis auctoribus, celebres fuerunt inter magiſtros eorum *Carbacras* quidam Alexandrinus, ſtrenuus ſententiarum Druſi propagator, & in primis *Bicar*, qui anno aerae vulgaris MCCCCXIV. ſurgebat, ſeque Deum & Adamum rupem (de quo infra) الله وادم الصفا eſſe praedicabat. Diſcipuli eius gentibus omnibus nobiliores ſe gloriabantur, eamque ob cauſſam ad inſulam incultam pergebant, ut a ceteris hominibus, conſuetudine eorum indignis, ſeparati viverent, ibique omnes anno MCCCCXX. interierunt.

Hoc modo orta, & propagata fuit celebris ſecta Druſorum, quae tam ſubitos, celereſque progreſſus fecit, ut teſte Macino, iam anno 495. aerae Turcicae, 16000. Druſi in Aegypto numerarentur. Hodie plerique eorum in monte *Keſruano* habitant, quae pars eſt montium Libani ad mare mediterraneum

(12) Ita de ſe loquitur, ms. افهموا هذه الاسرار فان مثلى عليكم مثل معظم فان مولانا لما ظهر بالملك واقامنى اساسه *Accipite hoc ſecretum. Ego ſum vobis inſtar ſigilli magni: me Dominus noſter, cum in regno ſuo apparuiſſet, eiuſdem fundamentum conſtituit.*

neum ſpectans: ſed praeterea occupant parvas illas planities, quae inter mare & montem iacent: totumque litus a Byblo (hodie Gabail) ad Sidonem (hodie Seida), item Heliopolim (Balbec) aliaſque Syriae, & Palaeſtinae urbes (14).

Olim a ſeptem principibus, quos *Emiros* vocant regebantur. Sed cum inter eos quot capita, tot ſententiae plerumque eſſent, & ſaepe diſſidia obtinerent; ob timorem Turcarum, qui facilius regnum turbis internis languens opprimerent, decem & ſeptem circiter ante annos imperium in unum tranſtulerunt, quem *magnum Emirum* nominant, illudque in poſteros eius, tamquam hereditarium tranſmiſerunt. Ceteri *Emiri* a conſiliis ſunt; ſed *magnus Emirus* ſolus ſententiam dicit. Hic ſedem ſuam Beryti habet: licet frequentius in parva urbe Dar-el camar (h. e urbs Lunae), quae in montibus inter orientem & ſeptentrionem Sidonis ſita eſt, commoretur. Abſolutum dominium exercet, etiam in Chriſtianos, qui in ea Libani parte degunt: interim annuum tributum pro arbitrio Sultano Conſtantinopolitano perſolvere ſolet (15).

Druſi, ut viatores referunt, ſunt homines robuſti, pulchrae formae, corporiſque venuſti, ad quae multum conferre videtur, quod infantes ab incunabulis labori aſſueſcant. Sinceritatis laudem habent, & amoris in peregrinos, quos defendunt, multaque liberalitate hoſpitio excipiunt (16).

II.

De ſacris Druſorum.

DE ſuperſtitione, & de legibus huius gentis pauca adhuc, ſed certa fere nulla innotuerunt. Impenetrabile ſecretum viatoribus has nationes invidit, quia tum ſacra,

(14) *Viaggi per l'Iſola di Cipro, e per la Soria, e Paleſtina fatti da Giovanni Mariti dall'anno* 1760. *ad* 1768. Tom. II. Firenze 1769. 8. p. 29.
(15) Mariti l. c. pag. 37. ſeq. (16) Ibid. pag. 36.

tum libros suos maxima diligentia abscondunt. Nemini contigit esse tam felici, ut certa quaedam ab iis acciperet: & libellus bibliothecae Borgianae primus est, qui authenticas relationes ex eorum libris nobis communicet. Ex hoc fonte hausimus, quae dicturi sumus; & ipsa verba Arabica, ubi ea inveniemus, in margine adiiciemus.

Tota Drusorum gens in duas hominum classes dividitur, quorum alii جهال *ignorantes* (17), alii عقال *intelligentes* vocantur. Illi, qui longe maximam partem efficiunt, nulla fere legum cognitione imbuti, hoc tantum praecepto tenentur: *Oportet vos fidem dominantem qualiscumque sit sequi* (18): cum aliis hominibus consuetudine iuncti cibos omnes, qui placent, comedunt, vinum bibunt, uxores alienas ducunt, verbo, omnia, ubi haud visi, vel agniti sunt, sibi licita habent, nec ullum Dei cultum observant. Sed *intelligentes*, arcanis fidei initiati, gravioribus legibus obstringuntur: uxores quidem, ut ignorantes, ducunt: numquam vero iureiurando verba sua confirmant, sed

(17) Simili modo *ignorantes* vocavit Muhamedes, Pseudo-propheta, omnes eos, qui suarum legum cognitione carebant. Quamobrem maximopere errant ii, qui *ignorantiae tempus* الجاهلية, quod ante Muhamedem obtinuisse dicitur, ita describunt, quod in imperitia scribendi, legendi, omniumque bonarum artium statuissent Arabes. Pocoki specimen hist. Arab. p. 256. Eiusd. hist. compendiosa dynastiarum Abulfaragii Oxonii 1663 p. 16. vers. Lat. p. 101. Contra vere aurea linguae & poeseos Arabicae aetas erat illa, quae Muhamedem antecessit. Facit haec observatio ad explicandum, quare D. Paullus *Athenis*, quae litterarum, artiumque tunc mater erat, tempora praeterita χρονους αγνοιας *ignorantiae tempora* nominaverit. V. Acta Apostol. cap. XVII. vers. 30.

(18) Ms. ويجب عليكم ان تستتروا بالشريعة الغالبة كيفها كانت ☆

sed sola voce, قلت *dixi*: apud alios cibum, vel potum sumere nefas esse putant, quam ob rem in itineribus faciendis commeatum semper secum portant, & plerumque molestam, tristemque vitam agunt. In vestitu etiam differunt inter se ignorantes, & initiati. Illi omnes stola uniformi, caerulei coloris induti sunt, quam breve vestimentum tegit, ad genua demissum, e pilis caprarum & lana contextum, variisque coloribus tinctum, atque in cingulo, quo vestem alligant, arma semper portant. Initiati contra colore simplici plerumque albo, nonnulli nigro utuntur, arma numquam gestant, & caput magno linteo albi coloris obvolvunt (19). Inter feminas eadem distinctio obtinet, quarum aliae sunt *ignorantes* جاهلات, eadem libertate, qua homines gaudentes, aliae *initiatae* عاقلات, quae modestis vestibus incedunt, a iureiurando abstinent, & cum nullis, nisi initiatis, accumbunt. Initiatorum aliqui ceteris sanctiores aediculas ab urbe remotas & solitarias in alto colle exstruunt, quas خلوه *solitudinem* dicunt, ubi ab aliorum commercio segregati vivunt. Huiusmodi aedes sacrae sunt Drusis, ut Christianis templa: atque in abdito earum loco in cista clavi inclusum tenent parvum idolum vituli figurae, quod Dei ipsorum, *Hakem beamroh*, h. e. gubernatoris absoluti (20) simulacrum, vel symbolum esse dicunt. Omnibus diebus veneris ad has aedes conveniunt,

 ubi

(19) *Mariti viaggi* pag. 40. Consentit libellus ms.

(20) Chalifae, quem adorant, nomen fuit *Hakem beamrallah* حاكم بامر الله, h. e. gubernatoris per mandatum Dei. A Drusis, postquam divinum honorem ei tribuerant, nomen ita commutatum fuit, ut ab iis *Hakem beamroh* حاكم بامره gubernator per semetipsum nominaretur.

ubi versus aliquot e libris eorum recitantur; & egredientes, merendam ex pane exquisito cum uvis passis, vel alio huiusmodi fructu sumunt, quo peracto, abeunt. Simulacrum vituli raro a seniore *intelligentium* detegitur, & tantum provectis inter eos ostenditur. Emiri ex ignaris sunt: quam ob rem *Melhen II.*, princeps Drusorum, qui tempore Ali beg regnavit, propterea quod ipsum pigeret ignorantia, & ambiguitate religionis suae teneri, thronum reliquit, ut in ordinem *intelligentium* recipi posset (21). Praeterea tum *intelligentes*, tum *ignorantes* summum praesulem, attamen ex *intelligentibus* selectum, sibi statuunt, qui *Imam* امام dicitur, quo renunciato, ut obedientiae ei praestandae signum prodant, ad manus eius osculandas accedunt. Is sacris praeest, dies festos celebrandos indicit, & veluti summi sacerdotis munere apud eos fungitur (22).

Quicumque ex ignaris in ordinem *intelligentium* recipiuntur, primum vestes profanas exuunt, & cum aliis simplicioribus commutant; deinde longum examen subeunt, in quo principia fidei, seu potius delirantium somnia, comprehenduntur; quod totum hic referre e ms. Borgiano, non abs re, neque lectori ingratum erit.

Examen initiandorum.

سوال: من اى شى تعلم انك متوحد فى دين مولانا الحاكم بامره

Q. Unde cognoscis, te unitatis assectam esse (h. e. te Hakemum unicum Deum habere) secundum leges domini nostri, gubernatoris absoluti?

جواب:

R. Ex

(21) Gio. Mariti istoria della guerra accesa nella Soria l'anno 1771. dalle arme di Alibey. Edit. 1772. 8. pag. 208.

(22) Talis Imam principes, in itineribus in primis, comitari solet.

جواب : من ترك الحرام
واكل الحلال ۞

R. Ex eo, quod omnia ab eo vetita linquam, licitis fruar.

س ما هو الحرام وما هو
الحلال ۞

Q. Quaenam sunt vetita, quaeve licita?

ج الحلال اكل العقال
والفلاحين والصنايعية
الذين يتعبون باياديهم ۞
والحرام مال الحكام الرهبان
والمرتدين وكل الامم الذين
ارتدوا عن معرفة مولانا
الحاكم بامره ۞

R. Licita sunt cibi initiatorum, aratorumque terrae, & operum, qui suis manibus victum lucrantur. Prohibitae opes Hukâm, Ruhban, & alienorum, vel omnium, qui legibus domini nostri repugnant.

س ولاى سبب مال هولاء
حرام ۞

Q. Quam ob rem prohibitae sunt eorum opes?

ج لان مالهم مال الظلم
ومال الرهبان من اكل مال
الموتى ولاجل ذلك ما قبلهم
مولانا الحاكم بامره ۞

R. Quia opes illorum (*Hukâm*) sunt opes iniquitatis: horum (*Ruhban*) facultates de mortuis acquisitae: idcirco eas accipere noluit dominus noster.

س ماذا يدعى اسمه ۞

Q. Quaenam sunt eius nomina?

ج يدعى اولا حمزه ثانيا
سلمان الفارسى الذى هو
المسيح الحى وثالثا يدعى
باشامى

R. Vocatur primum Hamze, deinde Salomo Persa, qui est verus Christus, tertio loco varia alia cognomina accipit, ut

باسامى مختلفة غير ذلك
فيدعى دريس وشطنبن
وشعيب وباطشان والمقداد
وقايم الحق ۞

ut Dris, Sciatnin, Sciaib, Batscian, Moctad, & defensor veritatis.

س ولما دعى بهذه الاسامى.

ج يدعى هكذا على تغيير
الاوقات والشرايع كلما
ظهر نبى فكان يظهر من جملة
اصحاب ذلك النبى ويغير
اسمه ۞

Q. Quare tot nominibus appellatur?

R. Ea secundum temporum, legumque mutationes accepit. Quoties enim propheta venit, ille etiam inter amicos prophetae, mutato nomine apparuit.

س ولماذا كان يفعل هكذا

ج حتى يثبت الموحدين
الذين اندرجوا تحت نواميسه
ولا يعلم به احد غيرهم
فلاجل ذلك اختفى عن
الموحدين برهة من الزمان
وظهر فى مدينة من بلاد
الفرس

Q. Et quare haec fecit?

R. Ut confirmaret cultores suos, legibus suis obedientes, praeter quos nemo eum cognovit. Propterea oculis discipulorum suorum ablatus apparuit in urbe Persiae *Gin-Magin*, ubi a Persis *Barachda* (23) nominatus fuit. Item hinc sublatus apparuit in Mauritania in urbe

(23) Nomen Persicum *Barachda*, vel potius *Barchoda*, ut me docuit Rev. *Augustinus Antonius Georgius*, Eremitarum Augustinensium Procurator generalis, multiplici eruditione praeclarus, meique amicissimus, explicandum est *Dominus Deus*, vel etiam *Rex*, *Princeps*, e *Bar* & *Choda* compositum بارخداى, vel *Deus omnipotens* بارخدى. خداى *apud antiquiores poëtas significat dominum simpliciter. Hafizi odae Vindob. 1771 pag. 116.*

الفرس يقال لها خيبن ماجين
واما اهل العجم يسمونها
بارخدا واختفى من هناك
وظهر فى المغرب فى مدينة
يقال لها المعل وكان على
صورة رجل مكارى يكارى على
الف جمل وينقل الحسنات
الى المتوحدين فى دين مولانا
الحاكم بامره كما جا فى رساله
البنات ومن هناك ظهر فى
مصر وعمر الهرامات وعمر
مدينة يقال لها راشده وعمر
الجامع المعلق وكتب السجلات
والنواميس على المتوحدين
وعلقها فى ذلك الجامع حتى
ينظرها المتوحدون
ويحفظونها ۞

urbe *Moal*, ubi ductoris camelorum vestes induit; eique fuerunt mille cameli, quos onerabat eleemosynis, quae cultoribus suis distribuerentur, ut relatum legimus in epistola filiarum. Inde in Aegyptum translatus, exstruit pyramides, urbemque *Rascidam* (24), & templum condidit, quod arabice الجامع المعلق *templum suspensum* dicitur. Ibi testamentum suum, legesque conscripsit, quas in eodem templo affixit, ut a cultoribus suis cernantur, observenturque.

س بعد

Q Et,

(24) *Rascid*, urbs celebris Aegypti ad brachium Nili sita, Europeis *Rosetta* dicitur. *Geographia Nubiensis* clim. III. parte III 18. h. e. 15., pag. 3. من دمياط الى رشيد يومان ومن رشيد الى اسكندريه مجرى h. e. *A Damiat ad Rascid iter bidui; a Rascid ad Alexan-*

س بعد ما كتب النواميس كيف عمل.

ج لبس السواد وركب على الحمار لانه كان عالما بما يصير الى الذين يعبدونه فى غيابه من الحزن والاهانة فى ظهور ابن مريم ابن يوسف النجار الذى يقولون عنه النصارى انه المسيح ☆

س فمن حيث انه البداية كيف رضى باقامه ابن مويم ابن يوسف النجار.

ج لانه هكذا اراد لكيلا يزال المتوحدون مستورين فى دينهم وكان هو من جمله تلاميذه واخفى عنه الاهوته وكان

Q. Et, conscriptis legibus, quaenam egit?

R. Veste nigra indutus, asino vehebatur (25). Sciebat enim, quam fortunam, & quem contemptum experturi essent discipuli sui, quando venturus esset filius Mariae, & Iosephi lignarii, quem Christiani Christum esse dicunt.

Q. Sed cum ille sit omnium rerum principium, & finis, quare sivit surgere filium Mariae, & Iosephi?

R. Quia ita voluit, ne discipuli sui umquam cessarent secretas tenere leges suas. Fuit ipse e numero discipulorum filii Mariae, divinitatemque suam celavit, tune nominatus Salo-

xandriam navigatio diei. Et paullo post, *a Rasud ad urbem Alexandriam habetur* LX *mille pass.* Cf. Interpretationem Latinam Geographiae Nubiensis, Gabrielis Sionitae, & Ioh. Hesronitae Paris. 1619 4. p. 100. Urbium *Ginmagin*, & *Moal* non meminit hic Geographus. Nisi forte Moal est مغيله *Mogila* urbs Africae, paullum a Fez distans. *Geog. Nub.* plag. 1ª h. e. 12. p. 1.

(25) Observa haec luctus signa, quorum aliud exemplum de gentibus orientis me legisse, vel audivisse non memini.

وكان حينيذ يدعى سلمان الفارسى وهو الذى نطق بالانجيل ۞

Salomo Perſa; idemque eſt, qui evangelia conſcripſit.

س واسم الدرزى من اى شى مشتق.

Q Undenam oritur nomen *Druſi*?

ج من اربعة احرف درج دارجا وخرج خارجا لانهم خرجوا عن كل الامم واندرجوا تحت نوامیس مولانا الحاكم بامره الذى هو حمزة او سلمان الفارسى اللخ وهو البداية والنهاية والاول والاخر ۞

R. E quatuor litteris conſtat, quae *egredi*, & *ſubire*, vel *ſubiicere ſe* ſignificant. Egreſſi enim ſunt Druſi a ceteris gentibus, ſeque ſubiecerunt legibus domini noſtri, gubernatoris abſoluti, qui eſt Hamze, vel Salomo Perſa, cet. omnium rerum principium, & finis.

س بعد ذلك ما ذا فعل حمزة ۞

Q Poſthaec quaenam egit Hamze?

ج ارتقى الى السما وتبرقع بالضيا وتسلم الحكم والسلطنة والعز والاكرام وتملك الى الدوام وضبط كنوز الارياح والذى قد كان قال لها كوني وكانت اخذها منه حمزة

R. Aſcendit in caelum, & ſplendore circumdatus, ſumpſit dominium & imperium, gloriam & adorationem; atque in aeternum regnat. In poteſtatem ſuam redegit theſauros ventorum, idem, qui dixerat eis, eſtote, & fuerunt: ſed arripuerunt venti Hamzam, diſſe-

حمزه واطلق عليه الارياح فقطعه وراح ۞

س ماذا يفعل حمزه حينما ياتي فى الهجه الاخرة .

ج اذا اتي فيجدنا سهارى كما قيل فى الايجيل المقدس طوبى لاوليك العبيد الذين ياتي سيدهم فيجدهم مستيقظين ومدح صورته ويعطينا الحكم والسلطنة ونبقى فى الدنيا باشاوات وامراء وسلاطين ۞

س واذا جا كيف يفعل فى الامم والمرتدين عن طاعة مولانا الحاكم .

ج فيكونون تحت ايدينا فى اليسر والتعب ويكون عذابهم اشر العذاب ويكون فى اذن كل واحد منهم حلقة من الزاج الاسود تحرقه بالصيف كالنار وفى الشتا تبرد عليه

caverunt cum, & abierunt (26).

Q. Quaenam facturus est Hamze, cum in ultima hora redibit?

R. Inveniet nos vigilantes, ut dictum est in sacro evangelio: *Beati servi illi, quos, quando veniet dominus eorum, vigilantes inveniet.* Laudabimus personam eius, & ille nobis dabit imperium, atque erimus in mundo paschae, Emiri, & Sultani.

Q. Et quaenam faciet, quando redibit, de ceteris gentibus, obsequium domino nostro negantibus?

R. Ab illo in servitutem redigentur: & acerbissima erit poena eorum. Auribus singulorum appendentur inaures vitrioli nigri, quae aestate instar ignis eos urent, & hieme ut nix refrigerabunt. Vestitus eorum erit pileus e pelle porci,

(26) Has nugas non intelligo.

ci, longitudinis cubiti, atque sub iugo nostro laborabunt instar boum, asinorumque. Eadem poena, sed leviori tamen, mulctabuntur Christiani.

Q. Hi quare leviorem poenam luent?

R. Quia nominis Christi mentionem faciunt, licet illum non cognoscant.

Q. Quaenam respondebimus illis, si glorientur, se evangelium legere, quod a Salomone Persa, qui verus est Christus, conscriptum fuit?

R. Gloriantur in vanum, nec intelligunt, quae loquuntur.

Q. Sed gloriantur martyribus, sanctisque, mortuis propter fidem in Christum?

R. Eosdem non accepit Salomo

عليه كالخلج ويكون لبس كل
واحد منهم طرطور من جلد
خنزير طوله ذراع ويكونون
تحت ايدينا يتعبون كالبقر
والحمير واما النصارى يكون
عذابهم مثل ذلك ولكن
اخف ۞

س ولماذا يكون عذابهم
اخف.

ج لانهم يذكرون اسم
المسيح الا انهم لا يعرفونه ۞

س ماذا نجيبهم اذا افتخروا
انهم يقراون الانجيل الذى
هو من سلمان الفارسى الذى
هو المسيح الحى ۞

ج ولو قالوا ذلك لا يصح
مقالهم يقولون ولا يعرفون ۞

س لماذا يفتخرون
بالشهدا والقديسين الذين
ماتوا على امانة المسيح ۞

ج لان سلمان الفارسى
الذى

الذى هو المسيح الحى ما
قبلهم لانهم ماتوا على امانت
المسيح ابن مريم ابن يوسف
النجار ۞

س وما قصدنا وقولنا فى
الانجيل ۞

ج الانجيل حق وصدق
ومن قال غير ذلك كفر لانه
من قول سلمان الفارسى ومن
قول الاربعة الحرم ۞

س وماهى الاربعة الحرم ۞

ج هم يوحنا ولوقا
ومرقص ومتى ۞

س لما دعيوا حرم ۞

ج لانهم كانوا عند مولانا
الحاكم بامره الذى هو سلمان
الفارسى والمسيح الحى وكانوا
يطيعونه كما تطيع النسا
رجالهن وكان يقول لهم
اكتبوا ماكذا فكتبوا وكل
واحد منهم اندر المتوحدين
سبع سنوات ۞ س

Iomo Persa, qui est verus Christus: mortui enim sunt in fide in Christum filium Mariae, filium Iosephi ligharii.

Q. Quaenam de evangelio statuimus?

R. Evangelium verax est, & verum: infidelis, qui aliter sentit. Dictatum enim est a Salomone Persa, & a quatuor suis ministris calamo exceptum.

Q. Quatuor ministri quinam sunt?

R. Sunt Iohannes, Lucas, Marcus, & Matthaeus.

Q. Quare ministri appellantur?

R. Quia apud dominum nostrum Hakem erant, qui est Salomo Persa, & verus Christus; cui obediebant, ut uxores obediunt maritis. Iussit eos eo modo scribere, quo scripserunt: & unusquisque eorum leges eius septem annos divulgavit.

Q. Quid

س وبعد ذلك ما ذا فعل بابن مريم ۞

ج كان يعرض عليه السوال والهدى الى معرفته اى الى معرفة الحاكم بامره فابى عن ذلك فالقى فى قلب اليهود بغضه فمسكوه وصلبوه ۞

Q Quid deinde accidit filio Mariae?

R. Hakemus per quaesita sui cognitionem illum docuit: sed cum eam reprobaverit, Iudaeos contra eum excitavit, ut eum cruci affigerent.

س وبعد صلبه كيف صار فيه ۞

ج انزلوه التلاميذ عن الصليب ووضعوه فى قبر فاتي سلمان الفارسى هو المسيح الحى ليلا فسرقه من القبر ۞

Q Et postquam cruci affixus esset, quid porro accidit?

R. Sumpserunt eum discipuli eius de cruce, & sepelierunt eum. Sed venit noctu Salomo Persa, qui verus est Christus, eumque e sepulcro abstulit.

س ولما ذا فعل هكذا ۞

ج حتى يقوم دين النصرانية قايلا لهم ان المسيح قام من بين الاموات وما هذا الا حتى تبقى المتوحدون مستورين فى دين مولانا الحاكم ولا يقبل غيرهم ۞

Q Quare eum abstulit?

R. Ut confirmaretur fides Christianorum, qui eum a mortuis surrexisse dicunt, & quidem eo fine, ut abscoditi viverent cultores domini nostri, nec alium praeter eum, Deum agnoscerent.

س وما

Q Quae-

س وماذا نقول نحن في محمد ۞

Q. Quaenam vero de Muhamede ſtatuimus ?

ج هذا شيطان وابن زنى ۞

R. Hic daemon eſt, & filius fornicationum .

س لماذا نقرا فى كتابه ونستعرفيه ونهلل فى الجنازة معلهم ۞

Q. Sed quare legimus librum eius, eumque prophetam confitemur, & plangimus ſicut Muhamedani in exſequiis (27) ?

ج هكذا لزمنا الامر لان مذهبه قايم بالسيف ولاجل ذلك نقرفيه باللسان وليس بالقلب ولا علينا انكار بذلك من مولانا الحاكم بامره ۞

R. Vi ad illud cogimur : lex enim eius confirmatur gladio . Confitemur eum ore, nequaquam corde : nec vetitum id nobis eſt a domino noſtro Hakem .

س لماذا نصلى على محمد قدام الامم ۞

Q Quare in conſpectu hominum ad Muhamedem preces dirigimus ?

ج لما نصلى على محمد نصلى على محمد المقداد الذى هو سلمان الفارسى المسيح

R. Si Muhamedem exoramus , intelligimus Muhamedem, cognomine Mocdad, qui idem eſt Salomo Perſa, & verus

(27) Apud Muhamedanos cadavera feretro imponuntur , & ad coemeteria, quae extra urbem ſunt, ingenti comitatu efferuntur. Feretrum feminae plorantes, maeſtaque voce, ac lugubri eiulantes uſque ad ſepulcrum comitantur .

المسيح الحى واما محمد القرشى فهو شيطان وابن زنى ملعون ۞

rus Christus. Sed Muhamedes Coraſcita daemon eſt, filius fornicationum, maledictus.

س وكيف نعمل حتى نعرف اخوتنا المومنين اذا كانوا غرب وبعيدين عن بلادنا ونظرناهم من على الطريق ۞

Q. Quomodo cognoſcemus fratres noſtros fideles peregrinos, longe a civitate noſtra diſſitos, ſi eis forte in via occurrimus?

ج فهذا يمكنا ان نعرفه من نوع الخطاب وبدء الكلام واخر الاسلام فقد يجب ان نساله قايلين يا رجل هل فى بلادكم يزرعون حب الهلاليج فان اجاب وقال نعم مزروع فى قلوب المومنين فيكون منا وليس غريبا فيجوز

R. Cognoſcimus eos ex conſuetudine, ex exordio ſermonis, & ex fine ſalutationis. Nobis enim interrogantibus: *Seminantne, amice, in urbe tua ſemen Halalig* (28)? Si reſpondet: *ſeminatum eſt in corde fidelium*, noſter eſt, nec peregrinus habendus, ſed honore excipiendus. Quod ſi aliter reſpondet, alienus eſt a nobis, nec honore dignus.

Fra-

(28) *Halalig* pluralis a *Habilag* هليلج, *myrobalana citrina* denotare ſolet, Perſice *Halila* هليلة. Ceterum هليلج, ut Golius obſervat in Lexico Arabico pag. 182. eſt nomen commune myrobalanorum, quorum quatuor genera commemorat Zeinatthar Perſa اصفر *citrina*, كابلى *cebula*, اسود *nigra*, vel *Indica*, صينى *Sinenſia* nobis ignota.

فيجوز عليه الحسنة والاكرام
وان لم يجب هكذا فلا يكون
منا ولا يجوز له الاحسان
والاكرام واما ان تختفنا انه
منا فناخذه على الخلوة
ونكشف عليه السر المكنون
الذى هو حمزة المصون فيصير
لنا بذلك لاجر والثواب ۞

Fratrem hoc modo exploratum, ad ſolitudines noſtras adducimus, eique deregimus abſconditum, quod eſt Hamze: (29) atque hoc nobis meritum erit.

س وما قصدنا وقولنا فى
الثمار المتسلسلة من البشر
هل يجوز اكلها ام لا ۞

Q. Quid de fructibus hominum tenemus? eſtne nobis licitum eos comedere (30)?

ج فيجوز اكل جميعها ۞

R. Omnino licitum eſt.

س ايجوز اكلها كلها ولو
اكل الانسان من اثماره ۞

Q. Omnes ne comedere, licitum? ſui ipſius etiam fructus?

ج نعم انه جايز بحيث انه
لا يعلم بذلك احد البشر ولو
كان

R. Omnino. Sed curam habeamus, ne quis alius rem cognoſcat, ne quidem homo carnis

(29) H. e. figuram vituli, ſymbolum Dei ipſorum, quem pro arbitrio interdum Hakem, interdum Hamze, cet. nominare videntur. Quam figuram cum nemo Druſorum umquam videat, niſi initiatus, ut ſupra animadvertimus, ſequitur, ſigna illa etiam inter initiatos tantum obtinere.

(30) In hoc & ſequenti quaeſito aenigmate loquuntur. De puellis & mulieribus ſermonem eſſe, facile intelligitur. Nec enim Druſi cum filiabus ſuis inceſtum committere nefas eſſe putant.

كان من لحمه ودمه واما اذا شعر بذلك احد البشر فهو حرام علينا ولا يجوز اكلها ۞

س لماذا يجب ان نفعل هكذا بالخفى ۞

ج قلنا ان نفعل ذلك تشبيها لقول مولانا الحاكم بامره الذى هوسلمان الفارسى او حمزه او دريس او المسيح الحى اللخ الذى قال لتلاميذه لا تعلموا احدا انى انا المسيح فاذا ليس علينا انكار بذلك لانه اراد ان يظهر حاله الى العالم انما الى المتوحدين فقط ولا ان يعلم بهم احد او بفعلهم ۞

س ما معنى قولنا العذارى الجاهلات والعذارى الحكيمات .

ح العذارى الحكيمات هم المتوحدون فى دين مولانا الحاكم بامره فهولاء يدخلون

nis & ſanguinis noſtri . Si enim intervenit quiſquam , vel arcanum intelligit , omnino illicitum nobis eſt & peccatum .

Q. Et quare tam ſecretum illud tenere debemus ?

R. Quia dominus noſter Hakem, qui idem eſt Salomo Perſa, vel Hamze , vel Dris , verus Chriſtus cet. dixit diſcipulis ſuis: nemini dicite , me eſſe Chriſtum . Efficimus ex eo , opera quidem licita eſſe ; ſed cum ille nemini notus eſſe voluerit , niſi diſcipulis eius , noſtrum etiam eſſe, acta noſtra hominibus abſcondita tenere .

Q. Quaenam ſunt illae, quas virgines ſtultas, & ſapientes dicimus ?

R. Virgines ſapientes ſunt cultrices domini noſtri, gubernatoris abſoluti , & hae ad nu-

يدخلون معه الى العرس ۞

س وما هو العرس ۞

ج هو الحكم والسلطنة في هذا العالم ۞

س والجاهلات ما الذى يصيبهم (lege يصيبهن) وكيف يكون عملهن ۞

ج سيطردهم مولانا الحاكم الى البرارى لـ زق الحطب وخدمة المتوحدين ويبقوا هكذا دايما فى اليسر والتعب.

س ماذا نجيب النصارى الذين ينكرون علينا كل هذا ولو كان مسطرا فى الانجيل ويقرونه كل يوم ويعلمون ان المسيح قال لتلاميذه لا تعلموا احد البشر انى انا هو ومع ذلك يقاومونا قايلين ان المسيح الحى هو ابن مريم يسوع الناصرى ۞

ج فعن

ptias cum eo celebrandas ingredientur.

Q. Quales sunt hae nuptiae?

R. Sunt dominium, & imperium huius mundi.

Q. Fatuis autem quid accidet, & quis erit labor earum?

R. Propulsabuntur a domino nostro ad silvas, ut fidelibus lignum colligant: & semper in illa servitute manebunt?

Q. Quid respondemus Christianis, qui omnia ista negant, quia in evangelio scripta non sunt, quod singulis diebus recitant; sciunt, Christum dixisse discipulis, nemini dicite, me esse Christum, sed affirmant, verum Christum esse filium Mariae Iesum Nazarenum?

R. Re-

ج فعن هذا نقول ان سلمان الفارسى الذى هو المسيح الحى طمس على عيونهم واعمى قلوبهم وذلك تثبيتا لما قيل فى الفرقان انا مكرنا بهم وطمسنا على عيونهم وقلوبهم ۞

R. Respondeamus, Salomonem Persam, verum Christum, oculos eorum, & corda tenebris obduxisse, ut in Corano etiam scriptum legitur: „ Nos eos seduximus, tenebrisque offudimus oculos & corda eorum. „

س لماذا نستشهد الفرقان على راس علم ثم ننكره بيننا ۞

Q. Quam ob rem publice in testimonium adhibemus Coranum, quem inter nos negamus?

ج فننكره لان محمد القريشى ملتبس فيه الا انه بهذا الخصوص قوله حق لانه مشتق من الانجيل الذى نطقت فيه الحرم الاربعة كما لقنهم سلمان الفارسى ولاجل ذلك تقول الامم فى يوم اتيان الحاكم بامره ياليتنا كنا ترابا تحت ارجل المتوحدين

R. Negamus illum, quia Muhamedes Corascita (31) in eo laudatur. Sed haec verba eius, quae laudamus, vera sunt: sunt enim ex evangelio sumpta, quod a quatuor ministris scriptum est ex ore Salomonis Persae. Quamobrem dicent populi, die quo redibit gubernator absolutus: *Utinam essemus pulvis sub pedi-*

(31) Turcarum Pseudopropheta, e tribu Arabum Corascitarum oriundus, qui provinciam Hegiaz, الحجاز, urbibus Medina, & Mecca celebrem, incoluerunt.

المتوحدين كما شهد بذلك الفرقان ✿

bus cultorum unitatis ! ut teſtatur Coranus .

س وما راينا وقولنا عن النصارة وباقى الامم الذين يثبتون الطوفان بقولهم انه غرق الدنيا ✿

Q Quaenam cenſemus de diluvio univerſali , quo mundum interiiſſe credunt Chriſtiani , aliaeque nationes ?

ج نجيب قايلين ولو قالوا ذلك فلا صحة لقولهم لانهم لا يفهمون ولا يعلمون شيا لان بالطوفان يفهم محمد القريشى وملته الذين على العالم فهذا المفهوم بالطوفان .

R. Reſpondemus , falſa eſſe , quae dicunt , eoſque nihil ſcire nec intelligere . Diluvium enim nihil aliud eſt , quam Muhamed Coraſcita , & ſecta eius , quae in mundum veluti exundavit .

س ومن ارسل هذا الطوفان ✿

Q Quiſnam hoc diluvium miſit ?

ج ارسله الحاكم بامره الذى هو المسيح الحى او سلمان الفارسى الذى كان حاضرا فى ذلك الوقت من جملة اصحاب القريشى ✿

R. Miſit dominus noſter , qui verus Chriſtus eſt , & Salomo Perſa , qui hoc tempore in mundo praeſens , & inter amicos Muhamedis Coraſcitae erat .

س لماذا عمل هكذا واقام هذا الملة ✿

Q Quam ob rem ita extulit hanc gentem ?

ج حتى

R. Ut

ج حتى ينستر المتوحدون في دينهم ولا يعلم بهم احد لان في ذلك الوقت قد كان تغلب النصارى على المتوحدين ولاجل ذلك اقام الحاكم بامره ضدا لهم وعليهم هذه الملة كما فعل باليهود ايضا الذين من كونهم قد كانوا تغلبوا على المومنين المتوحدين بدين مولانا المذكور اما هو فاقام ضدا لهم وعليهم يسوع الناصرى ابن مريم وهو كان معه من جملة تلاميذه ۞

R. Ut latentes viverent discipuli eius in eorum fide, nec ullus eos cognosceret. Item, quia hoc tempore Christiani regnabant in cultores Hakemi, insurgere fecit illam gentem contra eos, ut olim contra Iudaeos, qui fideles opprimebant, insurgere fecit Iesum Nazarenum, filium Mariae, inter cuius discipulos ipse dominus noster erat (32).

س ولماذا فعل هكذا ۞

Q. Et quare haec ita fecit?

ج حتى يخلص المتوحدين من كل امة قوية بدون ان يعلم احد بسرهم لانه يفعل ما

R. Ut liberaret discipulos suos ab omnibus populis fortibus, nec quilquam arcana eorum intelligeret. Facit enim, quae

(32) Ne mireris, Hakemum inter discipulos Iesu, & Muhamedis, ut somniant Drusi, & ubique terrarum praesentem fuisse. Dicunt enim لانه يظهر باية صورة شاء, *eum qualibet larva indutum in mundo apparere*.

ما يشا وكما يشا ويهدم ويبنى ويعلى ويوطى كيفها شا كقوله للاشيا كلها كونى وكانت لانه البدايه والنهاية ۞

quae vult, & ſicuti vult, diruit & exſtruit, deiecit & extollit, prout vult, quemadmodum omnibus rebus dixit: Eſtote, & factae ſunt. Ille enim eſt principium & finis.

Peracto hoc examine alta voce recitat initiandus ſymbolum fidei Druſorum, quod ميثاق ولى الزمان *teſtamentum domini temporis* inſcribitur, atque his verbis continetur:

توكلت على مولانا الحاكم الاحد الفرد الصمد المنزه من الازواج والعدد ۞

Confido in dominum noſtrum, gubernatorem unicum, ſolum, aeternum, expertem copulae, & numeri (33).

Abſolutis demum omnibus *initiationis* caerimoniis, profeſſionem emittit, & ſcriptam reddit in hunc modum.

Inſtrumentum initiationis Arabice.

اقر فلان ابن فلان اقرارا اوجبه على نفسه. واشهد به على روحه فى صحة من عقله وبدنه وجواز امر طوعا غير مكره ولا مجبر انه قد تبرى من جميع المذاهب والمقالات والاديان والاعتقادات كلها على اصناف اختلافاتها

(33) Ita haec explicanda puto. *Copula* innuere videtur mythologiam gentilem, qua Diis uxores tribuuntur: *numerus* ad Chriſtianos ſpectare, qui tres perſonas in uno Deo veneramur. Auctor libelli, cui has relationes debemus, explicavit: *expertem numerorum, parium & imparium*. Sed minus recte.

اختلافاتها وانه لا يعرف شيا غير طاعة مولانا الحاكم جل
ذكره والطاعة هي العبادة وانه قد سلم روحه وجسمه ومالـه
وولده وجميع ما يمكنه لمولانا الحاكم جل ذكره ورضى
بجميع احكامه له وعليه غير معترض ولا منكر لشى
من افعاله ساه ذلك ام سره ومتى رجع عن دين مولانـا
الحاكم جل ذكره الذى كتبه على نفسه واشهد بـه على
روحه او اشار به الى غيره او خالف شيا من اوامره كان
بريا من البارى المعبود واحترم الافادة من جميع الحـدود
واستحق العقوبة من البارى العلى جل ذكره وقد اقر ان
ليس له فى السما اله معبود ولا فى الارض امام موجود
الا مولانا الحاكم جل ذكره كان من الموحدين الفايزيـن
كتب فى شهر كذا فى سنة كذا من سنين عبد مولاه جل
ذكره ومملوكه حمزة بن على بن احمد هادى المستجيبين
المنتقم من المشركين المرتدين بسيف مولاه جل ذكـره
وشدة سلطانه وحده ۞

Confitetur N. N. & teſtatur per animam ſuam, mente ſana, & corpore ſano, ex impulſu proprio, neque coactus, neque perſuaſus, ſemet exiiſſe ab omnibus gentibus, religionibus & ſectis, & a ſingulis earum, quotquot exſtant varietate diſtinctae, ſeque nihil aliud cognoſcere, quam obedientiam in dominum noſtrum Hakemum, quae in cultu eius conſiſtit, eique animam & corpus, opes, filioſque, & omnia ſua tradidiſſe, contentum cum omnibus, quae vel pro ipſo, vel contra ipſum facere illi videbitur, nec umquam operibus

eius

eius repugnaturum, vel ea abnegaturum, sint sibi utilia, nec ne. Si umquam relicturus sit cultum domini nostri Hakemi, quem scripserit in corde suo, totoque animo confiteatur, vel quamcumque speciem proditurus, se aliam fidem sequi: relinquendum se esse a creatore excelso, indignum omni felicitate, & poena merita a creatore optimo maximo afficiendum. Cum itaque confessus sit, sibi nullum Deum esse in caelo, nec dominum in terra, praeter dominum nostrum Hakemum, glorioſae memoriae: inter numerum cultorum eius selectorum receptus est. Datum mense tali, anno tali, ex annis (34) *servi domini nostri, Hamze filii Alì, filii Ahmedis, ducis exauditorum, & vindicis renegantium gladio Domini, & vi virtutis eius.*

III.

Quaedam Drusorum praecepta, & dogmata.

LIbri legis Drusorum, quantum e libello nostro manuscripto intelligimus, duobus voluminibus continentur. Unum ab ipso Hamze ex ore Hakemi conscriptum esse dicitur, & a nemine nisi principe initiatorum conservatur, & legitur. Volumen aliud, in duas partes divisum, inscribitur, كتاب المشاهد والاسرار التوحيدية *Liber documentorum, & arcanorum religionis Drusae*, varioſque libellos comprehendere videtur, inter quos الرسلة الموسومة بالقسطنطينيه المنفده الى قسطنطين النصرانيه *Epistola, quae Constantiniana dicitur, missa*

(34) Aeram igitur particularem inter se adhibent Drusi, in memoriam Hamze, qui principalis gentis, vel sectae fundator fuit. Nescimus, utrum ab anno, quo in Aegyptum venerat Hamze, an ab anno mortis eius incipiat: neque legimus, quo anno venerit, quove mortuus sit.

missa ad Constantinum Imperatorem Christianorum, in qua dicta ss. evangeliorum oppugnantur; السيرة المستقيمة *vita recta*, libellus de miraculis loquens: الرسلة البنات *epistola filiarum*, & الرسلة الموسومة بالاسرار *epistola de secretis*.

His libris comprehenduntur praecepta Drusorum, quorum praecipua, teste libello nostro saepe laudato, recensebimus. Docebunt nos, quantum paullatim aberret mens, quae ab initio a pravis libidinibus abstracta veritatem intelligere, eiusque candorem agnoscere, & fateri renuit.

Primum & maximum praeceptum ceteris omnibus sanctius, est silentium. Praestat Drusis, centies iuramentis uti, quam minimum propriae sectae secretum prodere. Maximumque peccatum illud esse dicunt, detegere homini, quiscunque sit, arcana suae religionis. Quam ob rem in parte secunda documentorum religionis, & in epistola de secretis ita scriptum legitur:

ان الكبر الوصايا واعظمها ان لا تظهر لاحد خبر مولانا لان اظهارا هذه الصفة صفته يكون اكثر اثما وشرا مما يكون وايضا ان من اشهر شيا من هذه الاسرار فليقتل جهارا قدام كافة الموحدين ولا يرحم وكان خارجا من جملة الموحدين داخلا فى عدر الكافرين وعليكم فى دفن هذه الاسرار تحت الجدار بل ولا يجوز ان يقرا هذه الاسرار الا الامام فى مكان منفرد على الموحدين الذين بلغوا فى التوحيد برهة من الزمان وكذلك لا يجوز ان يخرج هذا الكتاب ولا الصندوق الذى فيه رسم ناسوت مولانا الاجل

من

من بيت خزانة الامام وليكن رسم ناسوت مولانا الاجل
من الذهب والفضة وان وجد هذا الكتاب او بعض هذه
الاسرار فى يد كافر او مارق او مشرك او سارق او ماكر او مرتد
عن كلمة التوحيد عنادا او له اطلاع على بعضها يتخلى من
مولانا فليقطع اربا اربا فعليكم يا كافة الامة والموحدين
والراغبين والماذونين بالمحاماة على هذه الاسرار واظهار
العبادة عنها ۞

Prima & principalis lex esto, ne quemquam de domino nostro certiorem faciatis. Nam detegere arcana illa, erit maxima iniquitas, & peccatum. Quicumque prodet minimum horum arcanorum, sine misericordia coram omnes Drusos publice trucidetur, habeaturque ut homo, qui relicta fide Drusorum ad aliam transierit. Quam ob rem maximo studio ad hoc incumbite, ut arcana nostra tenebris sepeliatis. Neque licitum esto cuiquam, eadem legere, nisi principi initiatorum, & quidem in loco remoto, ubi nemo intervenit, nisi initiati veterani, qui iam olim professionem fecerunt. Item vetitum esto, extrahere librum illum, vel cistam, qua figura humanae naturae domini nostri reconditur, e domo primi initiati, ubi conservantur. Figura illa domini nostri ex auro sit & argento. Si umquam invenirentur liber ille aut quaedam arcanorum nostrorum apud infidelem, vel incredulum, vel idololatram, vel latronem, vel deceptorem, vel desertorem, aut si quis qualicumque modo notitiam domini nostri habuerit: hunc in partes minutas discinditote. Haec diligenter observate, fideles quorum est, arcana protegere, & zelum vestrum manifestate. Propter hanc silentii legem, qua tenentur Drusi, valde ardnum & periculosum est alienis in arcana eorum penetrare. Apud Christianos se Christianos esse mentiuntur, apud Muha-

Muhamedanos, Muhamedanos se fingunt. In Mesquitis non solum, sed & in ecclesiis Christianorum simulata modestia orant: ieiunia Muhamedanorum quandoque observant: beatae Mariae aeque ac Pseudoprophetae Muhamedis nomina cum veneratione ore usurpant, licet inter se utrosque convitiis afficiant.

Divinum honorem, ut supra diximus, tribuunt *Hakemo*, quondam Aegyptiorum Regi: atque de eo multa absurda, & nefaria tradunt. Ingerunt, illum esse caussam caussarum, gubernatorem unicum, separatum, aeternum, summum bonum, omniumque rerum creatorem (35). De creatione alio loco plura, & absurdiora etiam asserunt. لاهوت الباری المعبود احتجب فی ناسوت مولانا الحاکم وانه لما اراد ان یخلق هذا العالم الموجود فخلقه مثلما تری فی هذا الیوم من ذکر وانثی وشیوخ وشبان وصغار وکبار واطفال الوف وربوات شی لا یعد ولا یحصی عدده الا هو واوراهم فی عقولهم انه کان لهم اباء واجداد . . . . والناس انوجد لهم اولا کبار وصغار . . . وان ادم ثلثه ولیس بواحد ادم العصا الجزیی ومن دونه ادم الناس الحرمانی وبعدهما ادم الصفا وکلهم من ذکر وانثی . . . . وهو تمام سبعین دورا بین کل دور ودور سبعین اسبوعا وبین کل اسبوع واسبوع سبعون عاما والعام الف سنة مما تعدون . . . . وان ابلیس کان داعیا فی الجن وکان اسمه حارث واسم ابیه ترماخ وکان اصله من

(35) Ms. مولانا معل علة العلل الحاکم الاحد الفرد الصمد العلی الاعلی وباری کل شی ۞

اصبهان وهو ساكن بلاد اليمن ولما المولى سبحانه امر
الملايكه ان يسجدوا لادم الصفا واطاعه الجميع ما عدا
حارث اى ابليس وكثر المومنون فصار البلد حزبين
موحدين ومشركين فامرهم بالتبرى منهم اى من ابليس
واما الموحدين لهم اسلاف بنى زماندا الموحدين ۞

Divina Dei natura, aiunt, *obvelata erat natura humana domini noſtri Hakemi, cum mundum creare vellet. Creavitque eum, quem ad modum illum hodie videmus, mares & feminas, ſenes iuveneſque, parvulos & adultos, & infantes, millia atque myriades, quae a nemine praeter ipſum numerari queunt; docuitque ſingulos, quis illis eſſet pater, vel avus. Ab initio enim fuerunt parvuli, & aetate provecti. Tres Adami ixſtitere, non unus, quibus nomina fuerunt,* Adamo baculo fiſſo, Adamo obliviſcenti, & *ultimo* Adamo rupi; *omnes e mare & femina prognati .... Haec omnia abſoluta ſunt ſeptuaginta circulis, & quidem circulus unus* LXX. *hebdomadas, hebdomas* LXX. *annos, annus mille annos vulgares continet ... Diabolus inter daemones erat; nomen ei eſt* Haret (36), & *patri eius* Turmach, *ex Iſpahan oriundus in terra Iaman* [*Arabiae felicis*] *habitat. Cumque dominus angelos* Adamum rupem *adorare iuſſiſſet, omnes obedierunt praeter illum Haret. Ab eo tempore multiplicati ſunt fideles, & inco-*

(36) Diabolus arabice *Eblis* nominatur. Nomen e Graeco διάβολος corruptum. Tribuitur tantum principi daemonum, qui شيطان etiam dicitur, vel ſatanas. *Haret* ſignificat aratorem, nomen eſt, inter Turcas celebre. — *Iſpahani* ſecundum vulgarem Turcarum traditionem punitus fuit ſerpens, a quo primi parentes decepti fuerunt. Herbelot Bibliothéque orientale pag. 55. edit. Paris. Convenit haec traditio quodam modo cum ſententia Druſorum, qui multa a Turcis didicerunt.

incolae terrae in duas classes divisae, assectas unitatis (h. e. Hakemi), *& assectas multitudinis*, (quo nomine omnes aliae gentes comprehenduntur). *Illos ab his, vel a diabolo se separare iussit Adamus, ab iisque, qui nostro tempore unitatem confitentur* (Drusi) *originem trahunt*. Simili modo somniant de tota historia Patriarcharum. Enochum in infidelium numerum recensent, eumque cum super Adamum rupem extollere se vellet, cecidisse, & periisse aiunt, quemadmodum infideles omnes perituri sunt (37). Deinde a Deo Hakemo missum fuisse Noam, Enochi adversarium, qui homines ad adorationem vani, & cultum idoli persuaserit: eius legem durasse, usque dum ab Abrahamo commutata fuerit; Abrahami deinde leges a Mose abrogatas fuisse; Mosis leges a Iesu; Iesu legem obtinuisse usque ad Muhamedem, Abdallae filium, qui superbia super omnes gentes se extulerit, omnes leges absolverit, & vi homines coegerit vana colere; denique apparuisse Muhamedem Ismaelis filium (Drusorum prophetam) atque ab illo Abdallae legem deletam, atque obsignatas fuisse leges omnes (38).

Cum

(37) Ms. .... واقوالهم تشير الى الشرك من قبل دعوتهم التى دعاها اخنوخ انه اعلى مرتبة من ادم الصفا فمن هذه الحال سقطوا من الدعوة التوحيدية كما سقط اخنوخ لما تكبر وطلب الدعوة على نفسه ۞

(38) Ms. .... واظهر لهم نوح ... ضدما كان اخنوخ ودعاهم الى عبادة العدم وتوحيد الصنم فلم تزل بر شعثة قايمة الى ان ظهر ابراهيم وغير شريعة نوح الى ان ظهر موسى وغير شريعة ابراهيم الى ان ظهر عيسى فغير شريعة موسى

Cum Pseudopropheta non exsistat sine fictis miraculis, mirum non est, Drusos Hakemo, Deo hominis larva vestito, ea etiam tribuere cogitasse. Audiamus Hamze, servum eius, de eo loquentem. قد انتصر على عدايه فى محل الكون ولو فاقوا على قومه بكثرتهم وزياده سلاحهم وانه ما انجرح وكان يمشى انصاف الليلى فى وسط دراريهم واولادهم بلا سيف ولاسكين وانه يركب فى ظاهر الامر الى صحرا الحب ويرجع وما فى الموكب من امرا الا وقد دمعت عيناه من الغبار والريح وكلت السنتهم النطق ونالهم من المشقة والتعب ما لا يقدر عليه احد ومولاهم على حالته التى خرج بها ولم يراه احد قط فد اسود له وجه ولا لحقه شى من تعب ولا يقدر احد يقول بانه شرب ما او اكل طعاما ولا راه احد مذبولا ولا غايصا. *Superior fuit in bellis*, inquit, *inimicis eius, licet numero copiosiores essent, melioribusque armis muniti; numquam feritus fuit, etiamsi media nocte inter inimicos sine gladio, vel cultro ambularet. Equo vehebatur in spatiosis campis, & si omnes, qui eum secuti essent, ob pulverem & ventum oculis laborarent, lacrimasque funderent, & lingua eorum*

موسى الى ان ظهر محمد بن عبد الله فقام على العالمين بعنفه ونسخ جميع الشرايع بشريعته ودعى الناس الى عباده العدم فلم تزل شريعته قايمة الى ان ظهر مولاهم الحاكم محمد بن اسماعيل الذى ختم الشرايع وتممها واسرع بتبطيل دين محمد بن عبد الله ☆

eorum prae laſſitudine haereret; ille in eodem ſtatu redibat, quo abierat nec quiſquam vidit faciem eius nigreſcere a ſole, vel eum laſsum eſſe, aut eſurientem, vel ſitientem, vel triſtitia, & moerore affectum.

Negant, eum inſidiis interfectum eſſe, ut ex hiſtoria Macini didicimus; ſcilicet Deus mori non potuit: ſed miraculo, vel arte magica a terra ablatum, in canali ſubterraneo (سرداب) abſconditum eſſe dicunt. Homine omnibus libidinibus inquinato nulla profecto dignior manſio! Eum reducem cum gloria, & maieſtate, atque cultores ſuos omni felicitate remuneraturum exſpectant.

Longe abſurdiora ſunt, quae de Chriſto ſomniant Druſi: partim e libris ſacris Chriſtianorum ſumpta, ſed omnia fabulis obvoluta. Tradunt, Chriſtum ſervum eſſe Dei Hakemi, naturamque eius cum natura verbi unitatis (Hakemi) coniunctam (39). Tum eum, tum Iohannem, atque diſcipulos eius de Hakemo eiuſque Apoſtolo teſtimonium dediſſe. Eumdem cruci non fuiſſe affixum, ſed *Simeonem Carnunti*, quem ſui larvam induere iuſſit (40). In quo mire ſibi contradicunt, alio loco dicentes, duos hoc tempore fuiſſe Chriſtos, unum nomine Ieſu, Ioſephi filium, alterum Eleaſarem, vel Simonem, quorum primus, non autem Simon cruci affixus. Hunc Eleaſarem verum eſſe Chriſtum, in evangeliis Iudam Iſcariotem nominatum. — Miſereamur perditae gentis, non indignemur! — Iohannem Apoſtolum, os aureum, apparuiſſe, ut Chriſto (a morte in vitam redituro) opem ferret, Chriſtumque propter obedien-

(39) Ms. ان السيد المسيح عبد المولى الاله الحاكم الجبار
فجوهره صار متحدا بجوهر الكلمة التوحيدية الصريح ۞

(40) Ms. مخ شبهه لسيمون القيرنوطى ليصلب مكانه ۞

dientiam erga Hakemum, ſummum creatorem, divina maieſtate auctum fuiſſe (41). In alio libro iterum contraria obtrudunt, Iudam ſcilicet occidiſſe Chriſtum, deinde eum rapuiſſe, atque tres dies occultaviſſe; poſtea Chriſtum apparuiſſe mundo, & dixiſſe: Ego ſum Chriſtus, ſurrexi a mortuis (42). Et alia ſimilia, tam abſurde prolata, ut ipſi, quae loquuntur, haud intelligere videantur. Sed curioſi omnino, & rediculi ſunt in explicatione quorumdam ſancti evangelii effatorum. Verba Chriſti: *Contendite intrare per anguſtam portam*, hoc modo interpretantur: ان المسيح اعنى بالابواب الضيقة صعوبة التوحيد *Chriſtus his verbis ſignificare voluit, difficile eſſe ſequi unitatem* [religionem] *domini noſtri*. Alio loco dicunt: ان النور الذى ذكره يوحنا المعمدان هو عبد مولاكم الحاكم. *Lux, cuius meminit Iohannes Baptiſta* [Evangeliſta potius cap. III.] (43) *profecto eſt ſervus domini noſtri Hakemi*. ان المسيح قال

(41) Ms. ان فم الدهب يوحنا الحوارى ظهر لتسهيل ولقيام المسيح المتاله لطاعة المولى الحاكم البارى ۞

(42) Ms. يوضاس قام على المسيح وقتله ثم جا فسرقه واختفى ثلثة ايام ثم ظهر للعالم وقال انا المسيح وقد قمت من بين الاموات ۞

(43) Eumdem errorem Chriſtiani etiam interdum commiſerunt. In eximio Lectionario Syriaco-Palaeſtino, Bibl. Vaticanae cod. XIX., titulus lectionum ex evangelio S. Iohannis ita ſe habet, Carſciun. ܩܪܝܬ ܐܢܐܓܠܐ ܡܢ ܝܘܚܢܢܝܣ ܐܠܡܥܡܕܢܐ *Lectiones evangeliorum ex Iohanne Baptiſta*.

قال الحق الحق اقول لكم ان من يحفظ قولى لا يرى الموت
ابدا ولم يقل ان من يعمل على لا يرى الموت ابدا والقول
هو كلمة التوحيد الحقيقية والدليل على ذلك انما هو انه
امر حواريه ان يعمدوا الناس بالما المعين والما دليل على
حقيقة التوحيد وعلم الدين وكذلك المواضع التى يعمدون
الناس فيها تسمى البيعة المذبح وانما اعنى بالمذبح انه يذبح
فيه عقايد الناموس ونحر المشركين ويوقفهم بالتوحيد على
الطريق المستقيم والبيعة فهى يمين وميثاق وتشديد التى
هي الكلمة المتحدة بالسيد المسيح لان جوهره صار متحدا
بجوهر كلمة التوحيد الصريح ۞ *Item, Christus dixit*: Vere,

vere dico vobis, quicumque obſervat verbum meum, non videbit mortem umquam: *Non dixit*: *Qui opera mea facit, non videbit mortem. Verbum eius eſt verbum verum unitatis* [h. e. verbum cultoris Hakemi] *Documentum rei eſt, quod apoſtolos ſuos iuſſerit baptizare homines aqua fontis, & aqua ſignum eſt, & praeſidium religionis noſtrae. Item loci, ubi baptizantur infantes, dicuntur* eccleſia & altare: *quia in eodem altari ſacrificari debebant* [h. e. ceſſare] *leges & oblationes gentium, ut recta via ducerentur ad cognitionem unius* [Hakemi]: *eccleſia autem ſignificat dextram* [in fidem datam], *iusiurandum, & foedus, atque eo ſignificatur verbum, quod in Chriſto coniunctum eſt; eius enim natura coniuncta fuit cum natura verbi unitatis revelatae* (44). Tres dies, quibus Chriſtus in ſepulcro fuit, ut unum adhuc exemplum addamus, my-

(44) Quae de verbo, vel verbo unitatis, tamquam perſona, Druſi affirmant, ex evangelio ſancti Iohannis ſumpſiſſe videntur: neque Turcae hanc formulam ignorant.

ſtice hoc modo interpretantur. انه اراد باليوم الاول واعنى
دعوته الخلايق الى دعوة التوحيد وان اليوم الثانى هو ظهور
البارقليط وهو محمد وهو احد اصحاب النواميس اعنى نوح
وابراهيم وموسى الذين ظهروا قبل السيد المسيح واليوم
الثالث فهو قيامه المهدى اعنى حمزه صلى الله عليه
لدعوته الخلايق الى باطن الكتب الاربعة الدالة لاهل
الحقايق على التوحيد اعنى الزبور والتوراه والانجيل
والقران وقد وصلت رسالته ودلالته الى قسطنطين ملك
النصرانية *Primo die, quo se abscondit, significatur voca-*
tio gentium ad fidem unitatis, *secundo adventus paracliti* (45), *qui est Muhamedes, unus legislatorum, scilicet Noae, Abrahami, & Mosis* (46), *qui ante Christum venerant, tertio denique resurrectio Mohadi, vel Hamze* (47), *cui Deus propitius sit, qui vocavit gentes, ut intelligerent praecepta quatuor librorum, quibus fides unitatis continetur* (48), *psalterii*

(45) Vox Graeca ΠΑΡΑΚΛΗΤΟΣ a Christianis orientalibus, tum in Arabico البارقليط, tum in Syriaco ⲡⲁⲣⲁⲕⲗⲏⲧⲟⲥ, & in Coptico ⲡⲁⲣⲁⲕⲗⲏⲧⲟⲥ adhibetur, ad significandum Spiritum sanctum, cui hoc nomen, quod *monitorem* optime explices, in evangelio S. Iohannis tribuitur. Drusi talia verba a Christianis acceperunt, vel forte leges ipsae Drusorum maximam partem a Christiano quodam impio dictatae sunt.

(46) H. e. ut equidem puto, unus legislatorum, instar Noae cet. Vide quae supra de Drusorum sententia circa Patriarchas diximus.

(47) Mohadi cognomen esse Hamzi, iam animadvertimus.

(48) Ab omnibus igitur quaedam acceperunt, a Iudaeis pentateuchum, & psalmos, a Christianis evangelia, a Turcis coranum, atque ex illis concinnatus est codex legum eorum. E pentateucho, evangelio, & corano multa sumserunt: quem vero psalterii usum faciant, ignoramus.

rii nimirum, pentateuchi, evangelii, & corani, de quibus agit in epistola missa ad Constantinum, Imperatorem Christianorum.

Ita de Christo sentiunt, Muhamedis inimicissimi sunt, licet multa eius praecepta in sua transtulerint. Pro civili etiam prudentia Turcis magis quam Christianis blandiuntur: hos enim illis multo fortiores esse sciunt, & gladio infideles invadere solere; contra a Christianis, eorum subditis, damnum nullum inferri eis posse, facile intelligunt. De Iudaeis tandem quid teneant, quorum etiam somnia quaedam accepisse videntur, ob relationum defectum ignoramus.

Quamquam multum absit, quin abstinentiae, castitatisque studiosi sint Drusi, tamen unam tantum, ut viatores referunt (49), e sua gente uxorem ducere solent. Praeter eam servas, peregrinas maximam partem, & concubinas sibi coniungunt. Libidines omnes, omniumque generum, fornicationes, stupra, incesta, dummodo secreto committantur, licita eos habere, iam supra diximus. Verbo, nulla ipsi vitae agendae praecepta, & plebs nullam etiam religionis cognitionem habent, atque pro arbitrio quisque vivere, & agere videtur.

Cum in illa libera vita summum bonum ponant, in eadem felicitatem post mortem futuram consistere putant. Corpora hominum mortuorum omnino interire, animas autem in alia corpora transmigrare credunt (50), & quidem animas fidelium corpora hominum, qui eodem momento mortis nascuntur, infidelium vero canum occupaturas. Denique redibit, ut sperant, Hakemus, Deus eorum, atque tunc ab omni molestia liberati, laetitia & voluptate terrena perfecta, numquam inter-

(49) *Mariti viaggi* loc. cit. pag. 39.

(50) Ms. ان الاجساد بعد موتهم لا تعود وان الانفس تعود الى اجساد اخر

moritura gaudebunt (51); infideles vero perverſitatis poenam luent, gladioque eius trucidabuntur.

Originem horum errorum inveſtigare non difficile foret, ſed ab inſtituto noſtro alienum eſt. Animadvertimus ſolum, maximam inter Druſorum, Muhamedanorumque leges ſimilitudinem intercedere, & utrorumque in primis de Chriſto ſententias ex erroribus Chriſtianorum haereticorum orientis, Cerinthi, Carpocratis Alexandrini, & Manichaeorum compoſitas fuiſſe. Veriſimillimum inſuper videtur, Hakemum vel Druſum, vel quicumque librorum eorum auctor fuerit, in conſilium habuiſſe Muhamedanum quemdam, & Chriſtianum, eodem modo, quo Muhamedem plura a Iudaeo, & Chriſtiano, eius intimis, accepiſſe ſcimus. Eorum ope primas Druſorum leges ille conſcripſiſſe videtur, quibus forte poſtea ab aliis nova etiam deliramenta addita fuerunt. Ab eodem Chriſtiano, cuius conſilio utebatur, ſine dubio plurimas initiatorum, ut dicunt, conſtitutiones, legeſque accepit, quae ordinis, vel ſodalitatis cuiuſdam ſpeciem prae ſe ferunt, a rudibus, barbariſque illis Perſia profugis Druſo, & Hamze probabiliter ignoratas.

Quae uſque adhuc diximus, ut ea brevibus comprehendamus, ad haec potiſſimum rediguntur. Druſi ſunt populus Aſiae, qui a Druſo quodam Perſa ab anno MXVII. originem trahunt, & in primis montem Keſruan, optimam Libani partem, incolunt. Religionis eorum primum principium eſt, quod Hakemus, quondam Aegypti Rex, divino honore, ut mundi creator, colendus ſit; alterum, quod cuique pro libidine ſua vivere liceat, & quod in eadem libertate, & impunitate vitae futurae principalis felicitas conſiſtat. Ceteras leges tum a Chriſtianis haereticis, tum a Tur-

(51) Haec promiſit deceptor Hakemus cultoribus ſuis, ان لما يظهر سيف توديه وتكونون انتم الملكين الجايزين الى الابد
Vos eritis regnantes, & gaudentes in aeternum.

a Turcis acceperunt, licet haereticos potissimum sequantur. Dividuntur in duas classes. Una, quae *imperitorum* dicitur, nullam legum cognitionem, nulla vitae agendae praecepta habere videtur. Altera ordinem, vel sodalitatem *initiatorum* efficit, lege maximi silentii coniunctam, gradibusque distinctam. Ab illis, qui signis quibusdam inter se dignoscuntur, quique neminem alienum ad sua mysteria admittunt, arcana, legesque custodiuntur, congregationes celebrantur, atque figura vituli, quam Hakemi ab iis colendi symbolum esse dicunt, diligenter servatur.

Haec est illa figura, cuius exemplum in museum Borgianum feliciter pervenit, quod exhibet Tab. x. & cuius explicandi caussa haec omnia praemisi. Sed me quidem frustra illustrationem eius tentasse, libere profiteor. Praestat enim mihi inscitiam fateri (cum tantum sit, quod nescimus) quam arroganter de ignotis rebus iudicis, arbitrique personam gerere, ac pro explanationibus cerebrosas prorsus proponere vel interpretationes, vel coniecturas. Interim observationes quasdam, quas in hoc simulacrum, & praesertim in titulum, quo exornatum est, instituere commode potui, referre non dubitabo, ut alios sagaciores, instructioresque reddam ad illud explicandum.

Simulacrum Drusorum, ut supra a Drusis didicimus, ex auro vel argento conflatum esse oportet: nostrum vero ex aurichalco est. Sed tamen hoc falsi suspicionem haud inducere debet, cum illud a viro rerum orientalium peritissimo, atque inter eruditos celeberrimo, ex ipso Drusorum regno Romam asportatum esse certo scimus: atque etiam aurichalcum colore tam prope auro accedit, ut illusionem interdum inducere queat.

Certissimum est, titulum huius vituli maximam partem notis occultis, vel siglis scriptum esse. Haec arcana scribendi ratio, quam κρυπτογραφιαν vulgo dicunt, ab antiquissimis inde temporibus apud omnes fere gentes invaluit, & nisi falluntur viri eruditi (52), cum ipsa scriptura, vel paullo post eius inventionem

(52) Montfaucon. in Palaeogr. Gr. Troz in Hugonem p. 153. al.

tionem obtinuisse patet. Arabes vero compendiariae huius scripturae ceteris gentibus fere amantiores, ac peritiores etiam esse videntur. Ea saepissime utuntur in litteris familiaribus, cum secreta, vel res domesticas cum amico communicare ipsis curae est. Ianisseri, milites Sultani, in libris acceptorum, & expensorum, ne ab alio res ipsorum intelligantur, scriptura ignota utuntur, quam *siake* nominant. Imamus, iudicesque, & eruditi frequenter cifris, notisque nomina sua scribunt, ne facile a deceptoribus imitentur. Ars magica etiam ab Arabibus, in primis ab incolis Omani exercetur, qua ligaturas instar Iudaicarum, variis secretis characteribus, vel cifris loco litterarum ornatas, conficiunt, quas *Ismallah* اسم الله *nomen Dei* nuncupant (53): tum etiam pateras magicas, cultra (54), cet. iisdem figlis ornant. Simili modo scriptus videtur titulus simulacri Drusorum, ut quae forte ad leges eorum pertinentia continet, sicut & cetera omnia huius gentis, impenetrabili secreto obvolvantur.

Arabica sine dubio est inscriptio; ea enim lingua familiaris est genti, & in eadem omnes eorum libri scripti sunt. Characteres etiam manifeste Arabici sunt, & quidem duplicis generis, alii *cifrae*, alii *elementa litterarum*.

Cifris, vel numerorum notis, quas, ut alio loco observavimus, ab Indis acceperunt Arabes, constant ea, quae in pedibus simulacri, & in tertia linea a ventre (in tabula nostra XI. *quarta*) exarata animadvertuntur. Quae notae cum inter litteras etiam interdum inscriptae reperiantur, ad ipsas litteras pertinere, atque litterarum loco adhibitas fuisse facile arbitrarer. Solent nimirum cryptographi Arabum cifris pro litteris alphabeti, quae iisdem respondent, uti: & quidem iuxta ordinem alpha-

(53) Niebuhr description de l'Arabie. Copenhague pag. 90. 91. 105. seq.

(54) Exstat in museo Borgiano Velitris cultrum ex aere magicis characteribus, tum & Arabicis litteris notatum.

phabeti Arabici antiqui, Hebraico, & Syriaco conformem, ita ut *alif* respondeat primo numero, vel eius cifrae, *be* secundo, *gim* tertio, *dal* quarto, *he* quinto, *vau* sexto, *ſe* septimo cet. Sed ſi ad hoc praeceptum titulos ſimulacri Druſorum examinemus, alternemus notas, tranſponamus pro omni ingenii habitu, numquam ne veſtigia quidem vocis Arabicae inveniemus.

Nec minor difficultas eſt in enodandis, vel aſſequendis litteris Arabicis, maximam partem Cuficis, hinc inde cifris inſertis. Paucae voces ſine occulta nota ſcriptae reperiuntur, quae ſine his ſenſum non produnt. Semper impedimento ſunt legenti notae occultae, quarum qui prius indicem invenerit, cetera facile intelliget. Nolo aliis adnotationibus, vel coniecturis, ingenioſis forte, ſed minus veris, patientia lectoris abuti, cui cum mihi otium non ſit, omnem inſignis huius monimenti illuſtrationem relinquo.



ex Lapide Lazuli
Musei Borgiani.

SUP-

SUPPLEMENTUM
NUMMORUM CUFICORUM

XCI. *vid. Muſ. Cuf. P. II. p. 165.*

Nummus argenteus, ad nummos ~~Chalifarum Ommiadarum~~ referendus, ineditus.

HIC nummus magis quidem aeneus, quam argenteus, ad antiquiſſimos nummos Cuficos referendus.

I. Titulus primae partis eſt عماد الدولة الامام هشام المو ك..لله احمد hoc modo legendus, & explicandus, *Imam Heſciam* [nomen Chalifae] *Emad eddaulatt .... Ahmed* [nomen cuiuſdam gubernatoris, Chalifae ſubditi, qui nummum ſignavit] Heſciam, Ommiadarum Chalifa, Damaſci ſedens, mortuus eſt anno 125., aerae vulgaris 743.

II. لا اله الا الله وحده لا شريك له *Non eſt Deus, niſi unus, cui non eſt ſocius.* In margine unicam vocem واسط *Vaſeti* cognoſco. Conf. diſſert. praeliminaris de nummis Cuf. p. 13.

XCII.

Nummus argenteus, ad nummos Chalifarum Abaſſidarum referendus, ineditus.

Nummus, adeo male & inſcite excuſus, ut fideliter eum in delineatione reddere vix potuerim, ideoque lectu difficillimus. Titulos hoc modo explico:

I. A. محمد رسول الله المامون امير المومنين

Muba-

Muhamed eſt Dei legatus. Mamun, princeps fidelium. Mamun, Chalifa a poſteris Abaſi, regnavit annis 198. ad 218., aerae vulgaris 813. ad 833.

M. محمد رسول الله ارسله بالهدى ودين الحق ليظهره

Muhamed eſt Dei legatus, quem cum directione, & vera fide miſit, ut eam ſplendere faceret . . . Deſunt ob ſpatii defectum ultima verba على دين كله cet.

II. A. . . . لا اله الا الله وحده لا شريك له *Non eſt Deus, niſi Deus, unicus, ſocii expers* . . . (nomen ignotum gubernatoris.)

M. بسم الله ضرب هذا الدرهم بمدينه سلام سنة احدى عشره ومائتين *In nomine Dei cuſa eſt haec drachma in urbe pacis anno* 211., aerae vulgaris 826.

Urbs pacis, ut ſupra monui (pag. 51.) cognomen eſt Bagdadi, ubi Chalifae Abbaſſidae ſedem habuerunt. Aedificata fuit a Chalifa Almanſur anno 150., vel aerae vulgaris 766. Nummus hic manifeſto ab imperito, & rudi opifice excuſus fuit, atque unum primorum tentaminum monetae Bagdadenſis eſſe mihi videtur.

XCIII. XCIV.

Nummi duo aurei a Fatemidis in Aegypto cuſi, inediti.

Haec ſunt duo exempla nummorum, quos Macrizi, ut ſupra adnotavimus (pag. 95.) *aureos Moëzinos* دينار معزى nominat, & Cairi excuſos dicit. Tituli iidem ſunt in utroque exemplo, ſed vario modo exarati, & in altero integriores.

I. In circulo inferiori, المعز لدين الله امير المومنين *Moëz ledin allah, princeps fidelium*. Cognomina regis Fatemidae. Expugnavit Aegyptum anno 362., aerae vulgaris 972., teste cl. Deguignes, vel, ut habet Macrizi, anno 358., nempe 968., ibique Cairum aedificavit. Mortuus anno 365., aerae vulgaris 975.

In circumferentia exteriori دعا الامام معز لتوحيد الاحد الصمد *Invitat Imam Moez ad cultum unius, aeterni*.

II. In circulo interiori لا اله الا الله ومحمد رسول الله وعلى ولى الله *Non est Deus, nisi Deus, & Muhamed est eius legatus, & Alì vices eius gerens*.

In margine exteriori بسم الله ضرب هذا الدينار بالقاهرة سنة .... (ut legit Macrizi) *In nomine Dei cusus est hic denarius* [*Cairi*] *anno* .... Incidit aera nummi in annos a 362. ad 365. elapsos.

XCV.

Nummus Siculus Fatemidarum, aureus, ineditus referendus ad nummos XXI. XXII.

I. لا اله الا الله محمد رسول الله على ولى الله *Non est Deus, nisi Deus; Muhamed est Dei legatus; Alì vices Dei gerens*.

II. ابو على الامام الحاكم (forte ومالوفه) ... بامر الله امير المومنين (*Et amicitia cum eo iunctus*) *Abu-Alì, Imam Hakem-beamr-allah, princeps fidelium*.

Abu

Abu Alì Hakem mortuus est anno 411., aerae vulgaris 1020.

Tituli, qui in margine exarati fuerunt, abscissi sunt.

In eo differt hic nummus a duobus supra explicatis, quod ante cognomen Chalifae exhibeat nomen, *Abu-Alì*, vel *pater Alì*. Moris enim est apud Arabes, eoque maxime delectantur, ut pater filii primogeniti nomen, mater nomen filiae nomini suo praeponant. Deinde addere solent nomini nomen patris & gentis cet. cum quibus principes, si integrum nomen scribunt, cognomen regium coniungunt. Principi laudato integrum nomen est, *Hakem beamr allah, abu-alì, mansur, ben Aziz*, vel *gubernator iubente Deo, pater Alì, Mansur, filius Azizi*. Interest nomina & cognomina principum animadvertere, quia pro arbitrio, nunc uno, nunc altero, reliquis omissis, appellantur.

XCVI.

Nummus, ut videtur, Hispanus, aureus, ineditus.

I. Titulus transpositus, hoc modo legendus محمد رسول الله الامام القايم بالله امير المومنين *Muhamed est Dei legatus. Imam al-Caiem billah, princeps fidelium.*

Caiem billah, vel, ut alibi nominatur, *Caiem beamr-allah*, Chalifa Bagdadensis, regnavit annis 422. ad 467. fugae, aerae vulgaris 1031. ad 1075.

II. Voces iterum transpositae, legendae لا اله الا الله وحده لا شريك له محمد ابو القسم المهدى لدين الله *Non est Deus, nisi Deus, unicus, socii expers. Muhamed Abu-lcasem, el mahàdi ledin allah* [vel dirigens ad fidem Dei, cognomen regium.]

Tituli in margine scripti, sunt abscissi.

Nullum alium principem, cui nomen Muhamed Abulcasem fuit, tempore Chalifae Caiem regnantem, celebrat historia,

quam regem Seviliae, dynastiae Ebaditarum fundatorem. Extincta in Hispania regia familia Ommiadarum, incolae Seviliae regem sibi elegerunt iudicem (Cadì) Abulcasem Muhamed, filium Ebadi. Posteri eius Corduam etiam expugnarunt, atque a fundatore regni, *Ebaditarum* nomen acceperunt (1). Itaque ad hanc dynastiam nummum referendum, eumque ab ipso fundatore excusum puto, id quod a similitudine, quae inter hunc & alium Hispanum supra exhibitum (num. xx.) intercedit, magis confirmatur.

Subripit mihi hic nummus, si equidem recte Seviliae eum tribuo, dubium, quod in explicando nummo xx. incertum me tenebat, Bagdadensis Chalifae nomen in pecunia Hispana reperiri. Chalifae Bagdadenses, etsi omni dominio exuti, & ex urbe etiam, in qua sedebant, expulsi fuissent, eam tamen auctoritatem semper conservasse videntur, quod inaugurationis solemnia peragerent, ipsique principes forte inaugurationem ab iis postulabant, ne a populo iniqui regni possessores haberentur. Solemnis actus ita instituebatur. Chalifa, veste nigra, & reliquo regio ornatu indutus, magnatibus regni praesentibus, sedebat, & coram eo e cathedra diploma recitabatur, in quo regnum, & Regis, vel Sultani nomen in principem transferebat. Diploma deinde a duce quodam belli capiti impositum auferebatur (2). Principis hoc modo inaugurati erat, nomen Chalifae in precibus publicis [cotba nominatis (3)] recitare, illudque in pecunia scribere.

XCVII.

Nummus aeneus Atabecorum Musulensium.

Antea publicatus a cl. Niebuhr in descriptione Arabiae.

I. Caput principis incogniti, laurea cinctum.

In mar-

(1) *Deguignes histoire des Huns* tom. I. part. I. pag. 361.
(2) Ibid. tom. IV. pag. 137.
(3) Vid. supra pag. 68. adnot. (88)

In margine ضرب بموصل سنة ... تسعين ... *cusus Muſulae anno ... XC ..*

II. In area, & in margine الناصر لدين الله امير المومنين الملك العادل نور الدينا والدين اتابك ارسلان : .. *Naſer ledin allah, princeps fidelium* (cognomen Chalifae Bagdadenſis) *Rex iuſtus, Nur eddunia vaddin* h. e. lumen mundi, & religionis *Atabec Arslan* ....

Nureddin Arslan Sciah, Atabecorum rex *Muſulae* regnavit annis 589. ad 607, aerae vulgaris 1193. ad 1210. Supra num. XLIV. fere ſimilem nummum exhibui, quem forte, cum detritus eſſet, minus recte ad Nureddinum, Atabecorum regem *Aleppi* retuli.

XCVIII.

Nummus Aiubitarum, aeneus.

Exſtat in muſeo Pembrochiano, ſed male inciſus.

I. In area, & in margine الناصر لدين الله امير المومنين الملك العادل ابو بكر ملك ديار بكر ... ناصر الدين بن ... ايوب *Naſer ledin allah, princeps fidelium.* Nomen Chalifae. *Rex iuſtus, Abu-becr, rex Diarbecri ..... filius Aiub* [Iobis.]

Seifeddin Abubecr Aiubita, rex Damaſci renunciatus anno 594., aerae vulgaris 1198., Aegypti anno 596., aerae vulgaris 1200. utrumque regnum poſſedit ad 615. (1218.)

II. Monſtrum, ſemihomo, arcum in faciem draconis intendens; typus e nummo quodam Graeco, vel alio deſumptus.

In margine, & inter crura monſtri ماردين سنة تسع وتسعين وخمسمايه *Mardini, anno* 599. (1202.)

Abu-

Abubecr, cuius nomen nummus exhibet, Mardinum mense Ramadan anni fugae 594. obsidione cinxit, suburbia proditione cepit, sed anno elapso obsidionem solvere coactus fuit. Novam expeditionem tentavit filius anno 599., qui oppida omnia vicina expugnavit, sed ab urbe profligatus fuit, & in fugam datus. Ita Deguignes tom. II. part. II. pag. 145. & 241. 242. Itaque Abubecr, nisi fallitur cl. vir, numquam Mardinum tenuit, id quod tamen nummus laudatus probare videtur, nisi forte dicas, hos nummos vel in suburbio, vel in spe expugnandae urbis fuisse signatos.

XCIX.

Nummus argenteus Selgiucorum Iconii, ineditus.

Cuius est a patre regis Cai-Chosru, cuius nummum supra num. xxxiii. explicavimus, & in eadem etiam moneta, ut ex perfecta litterarum in utroque nummo similitudine apparet.

I. A. السلطان العظيم كيقباد بن كيخسرو *Sultanus magnus Cai-Cobad, filius Cai-Chosru.* Regnavit annis 616. ad 634. (1219. ad 1236.)

M. ضرب هذا الدينار بسيواس *Cusus est hic denarius Sivasi* (Sebastiae.)

II. A. Vocibus transpositis الامام الناصر لدين الله امير المومنين *Imam Naser ledin allah, princeps fidelium.* Chalifae nomen.

M. سنة ثمان عشر وستمايه *Anno* 618., aerae vulgaris 1221.

C.

C.

Nummus Arabico-Armenus regis Selgiucorum Iconii, & regis Armeniae argenteus, rariſſimus, referendus ad num. XXXIII.

Editus eſt a *du Cange*, ſed minus exacte delineatus, & a nobis laudatus p. 61. 62., ubi pro, *ni fallor*, *Gothicis*, legas, *Armenis*.

I. Titulus Arabicus السلطان العظيم غياث الدنيا والدين كيخسرو بن كيقباد *Magnus Sultanus ſplendor mundi, & religionis, Cai-Choſru, filius Cai-Cobadi*. Selgiucorum princeps, a nobis in nummo XXXIII. laudatus, regnavit annis 1236. ad 1244.

In margine ضرب بسيس سبع وثلاثين وستمايه *Cuſus* (in urbe) *Sis*, (anno) 637., aerae vulgaris 1244.

Sis nomen eſt urbis, ubi reges Armeniae minoris ſedem ſuam habuerunt. *de la Croze hiſtoire du chriſtianiſme — d'Armenie p. 339*

I Rex Armeniae equo inſidens, lanceam manu tenens. Ad laevam crux.

In circumferentia litteris Armenorum maiuſculis ſcriptum ✝ ՀԵԹՈՄ ԹԱԳԱՒՈՐ ՀԱՅՈՑ *Hetom tachavôr hajos*, h. e. *Hetom, rex Armenorum*.

Hetom I., vel ut pronunciant noſtrates *Haiton*, Arabibus *Hatem*, Leoni I. ſucceſſit anno 1219., vel iuxta alios 1225., mortuus anno 1270. Celebris fuit bellis contra Muhamedanos geſtis, & nova Bibliorum ſacrorum Armenorum ad vulgata Latina inſtituta reviſione (4).

Patet

(4) Scimus, minoris Armeniae, h. e. Ciliciae incolas ſaeculo XIII. in communionem Latinorum tranſiiſſe. Hanc ob cauſſam rex Hetom Biblia ſua Armenica exegit ad Latinam verſionem vulgatam, qui & praefationes omnes Hieronymi ex Latino vertit, & praefationem

Patet ex hoc nummo, regem Christianum Armeniae Regi Selgiucorum subditum, atque ab eodem inauguratum fuisse, cum pecuniam eius nomine signaverit, id quod ab historicis nostris relatum non legi. Accedit, quod hodie Armeni monetam non habeant, sed pecunia Persarum utantur. Ideoque magnae hic nummus est & raritatis, & praestantiae (5).

CI.

Nummus Siculus Arabico Latinus, argenteus, referendus ad num. LXXXII

I. Crux, & in margine titulus بعونة الله ضرب بمدينة صقلية *Auxilio Dei cusus in terra Siciliae.*

II. QVARTA TERCENARII.

tionem metricam editioni suae addidit. Haec Hetomi editio ceteras omnes suppressit, quarum fere nulla exempla reperiuntur. Praestantissimum codicem Pentateuchi conservat Bibliotheca Casanatensis Romae, scriptum ante Hetomi correctionem, anno scilicet Armenorum 512., aerae vulgaris 1087., ad hunc usque diem, ni fallor, ignotum. Hunc totum examinare, omnino operae pretium foret, nec aliquid eruditis, qui ad Biblia sacra explicanda incumbunt, gratius accidere posset.

(5) Figurae in nummis Christianorum, ad quos hic nummus Armenus refertur, non insolentes sunt. Eas vidimus etiam in nummis Muhamedanorum haud infrequenter signatas. Quid de his statuendum, diximus pag. 25. & seq. Propterea minus recte rem explicavit cel. Iohan. Leunclavius in *Pandect. Hist. Turcic.* pag. 322. Venet. 1729, ubi ait: *Caussa, vel praetextus caussae potius, cur Talismani, velut admodum religiosi, & accurati Muhamedanae legis observatores, usum nummorum veterum e medio tollendum censerent, explicationem minime difficilem habet. Quippe nota lex Muhamedis, qua statuas, simulacra, sculptas, & pictas imagines, ex interdicti divini praescripto severe prohibuit .... Itaque quum Romanorum, & Graecorum Impp. imagines in nummis, & aspris expressae conspicerentur, violari Prophetae legem clamabant, & abolendae monetae veteris auctores erant .... Hodie non amplius animos Turcarum illa religio tantopere tangit, ut signatos Christianorum principum charactere nummos aversentur.*

AD-

ADDENDA ET CORRIGENDA

IN NUMMUM XXXII.

BREVIS DISSERTATIO.

OPtatis fortuna respondit. Feliciter inveni explicationem eximii huius nummi, adiutus eruditione Rev. P. Stephani Avutandil, natione Iberici, seu Georgiani, quo sane nihil exoptatius accidere mihi potuit. Non Aethiopicus, ut temere putaveram, sed Georgianus est titulus posticae partis, haec verba exhibens:

Georgii regis, Tamarae filii, totius Cartlidis & Kaketis domini.

Georgia ab antiquissimo tempore in tres partes divisa fuit, quae hodie duo regna constituunt. Una pars, quae nominatur *Imeret*, Graeciae vicina, diu imperio Otthomano parere coacta fuit, nunc libertate gaudet, a principe Christiano Salomone gubernata. Duae reliquae provinciae *Cartli*, & *Kaketi*, quae hodie in unum regnum coniunctae principi Heraclio obediunt, Armeniae maiori finitimae sunt, & iisdem semper, quibus hoc regnum fortunae vicissitudinibus expositae fuerunt. Cum Armenia a Persis (1) expugnaretur, hae duae etiam Georgiae partes eorum dominium subierunt, atque principes Georgiani ab eorum Sultano inaugurabantur.

Ab hoc tempore reges Georgiae praeter cetera hoc etiam subiectionis signum prodere coacti fuerunt, quod pecuniam, quae in urbe regia *Tbilis*, vel ut arabice dicitur, *Tiflis* ad hunc usque diem excuditur, regis Persarum nomine signarent, ea quidem lege, ut nummi aurei, & argentei ab utraque parte titulum Arabicum, vel Persicum, & regis Persiae nomen referrent,

(1) A Graecis, & ab auctoribus historiae bellorum sacrorum, Selgiuci Iconienses etiam, quia Persia venerant, Persae nominantur.

rent, aenei autem ab una parte regis Perſarum nomine Perſice, ab altera nomine regis Georgiae, Georgice ſignarentur, qua lege hodie etiam princeps Heraclius tenetur.

Sed nihilominus apud nos rariſſimi ſunt iſti nummi Arabico-Georgiani, extra regni limites vix cogniti: & nummus Borgianus, quem explicandum ſumpſimus, ob antiquitatem maioris etiam eſt raritatis. Charactere enim Iberico, ſeu Georgiano *litterali* ſignatus eſt, qui poſt inventum vulgarem in ſacris tantum adhibetur. Ille *Kuzuri* h. e. ſacer, vel eccleſiaſticus dicitur, ab Armenorum celebri doctore Meſrob circa medium ſaeculum quintum, eliminata ſcriptura Graeca, inventus. Eo libri ſacri ſcribuntur, eodemque anno 1743., vel aerae Georgianae 431., biblia magna Georgiana in ſuburbio Moſcoviae, cui nomen Sveſenzcha, impreſſa ſunt, quorum unum exemplum in bibliotheca collegii Urbani de Propaganda Fide conſervatur (2). Alter, *Kedvuli* nominatus, a Georgianis eo tempore inventus videtur, quo calendarium efformabant, anno 1312., qui hodie, antiquiori litterali relicto, in conſuetudine familiari, & in nummis ſignandis uſurpatur. Itaque ex ipſo ſcribendi genere concludatur, nummum anno 1312. eſſe vetuſtiorem.

Praeterea obſervandum eſt, Georgianos in charactere ſacro ob maiuſculam eius formam, & magnum, quod occupat, ſpatium, compendiis litterarum frequenter, atque fere in ſingulis vocibus uti, iiſdemque compendiis nummum Borgianum eſſe ſignatum. Solent primam, & ultimam tantum vocis litteram, ceteris eliminatis, ſcribere, vel, ſi vox longior ſit, praeter illas unam aut duas e media voce, in primis conſonantes, retinere, & vocales abiicere. Titulus igitur nummi noſtri has continet litteras, quibus, ut mihi videtur, crucis figura praemittitur.

(2) Meminit huius editionis cl. Praeſul Stephanus Borgia in Commentario *de Cruce Veliterna* pag. 187. Romae, typis Propagandae Fidei 1780.

ᲒᲘᲝᲠᲒᲘ·ᲛᲔᲤᲘᲡ·ᲗᲐᲛᲐᲠᲘᲡ·ᲫᲘᲡ·ᲡᲐᲥᲐᲠᲗᲕᲔᲚᲝ·ᲓᲐᲙᲐᲠᲗᲣᲚᲘᲡ·

vel si in characterem vulgarem transferantur,

გი მფს თმრსფს კს სქს დ კხთფის

quae respondent litteris Latinis

g i m p s t m r s z s k s s c s da k ch t u i s

Haec scriptionis compendia hoc modo explicantur a P. Avutandil, quo sane in his litteris nemo peritior.

გიო-რგი მეფის, თამარის ძის, ყო-ველის
საქართველო-ს დ კახთ უფლის:

Ghiorghi mepis, Tamaris zis, kovlis sacartvelos da kakt uplis, h. e. *Georgii regis, Tamarae filii, totius Cartlidis, & Kaketis domini*.

Sed nunc ad difficiliora progredimur, nimirum ad aetatis nummi disquisitionem, e titulorum Arabici, & Georgiani inter se comparatione instituendam. Historia Georgiae parum nobis nota est, quia exteri scriptores pauca de hoc regno referunt; domestici, si qui sunt probatae fidei, ob linguae minus nobis utilis inscitiam a nobis ignorantur (3). Seriem quidem regum Georgiae a clar. Deguignes (tom. I. part. I. p. 433.) relatam inveni, sed epochae omnino desunt, e quibus anni regiminis principum constitui possint. Ambiguus etiam est titulus Arabicus posticae nummi partis, quem supra vel regi Malecsciah, vel Caicobad incertus tribui. Attamen nunc persuasum mihi habeo, nummum regi Selgiucorum Iconii Cai-cobad

 tri-

(3) Librum unum voluminosum mihi celebravit P. Avutandil, Georgiae historiam complectens, cui titulus *Kartlis zchovreba*, h. e. *vita Kartlidis*.

tribuendum eſt, & ad ſaeculum XIII. referendum, idque ex his rationibus.

Apparet tum ex ipſa ſerie regum Georgiae, tum ex hiſtoria Selgiucorum, regem Georgium, filium Tamarae, cognomine მეფე გიორგი ლაშა *mepe Ghiorghi laſcia* (vel ad pronunciationem Germaniae *laſcha*) h. e. *regis Georgii labroſi* obiiſſe circiter annum 1223. Mortuo enim Kai-kaus, Sultano Selgiucorum Iconii anno 1219., ſucceſſor renunciabatur frater eius Cai-cobad. Paullo poſt in Georgia obiit Georgius labroſus, qui cum heredem non habuerit, regnum reginae Ruſudan, Tamarae filiae, reliquit, quam anno 1223., teſte Deguignes (4) in uxorem duxit filius Togrulſciah, regis Arzenerrum, cognatus Caicobadi.

Nominis Caicobadi, Georgio coaevi, iam antea in titulo Arabico veſtigia cognovi. Hoc tantum ſuſpicionem mihi excitaverat, quod regem Cai-cobad a Deguignes *Alaëddin* cognominatum legiſſem, qui in nummo noſtro *Gelaleddin* dicitur. Sed varia regibus Turcarum, Perſarumque cognomina fuerunt, cuius idem Deguignes plura exempla exhibet (tom. II. part. II. pag. 201: not. (e)], atque accidere etiam facile potuit, quod in hoc nomine ſcribendo, vel imprimendo error irrepſerit, ut *Gelal* loco *Ala* ſit legendum. Cai-cobad, filius Caichoſru, Iconii regnavit annis 616. ad 634. (1219. ad 1236.)

Itaque, ſi annos regiminis Georgii, & Caicobadi conferamus, nummum in annos 1219. ad 1223. incidere videmus.

Unum, quod moneam, ſupereſt. Matris Georgii, Tamarae, non patris nomen legitur. In regnum enim Georgiae mulieres etiam ſuccedunt, atque Tamar diu & cum tanta gloria, civiumque applauſu thronum occupavit, ut non *Regina Tamar*, *Tamar dedepoli*, ſed *Tamar mepe*, *Rex Tamar* nominata fue-

(4) *Hiſtoire des Huns* tom. II. part. II. pag. 59.

ta fuerit, & hodie adhuc memoria eius celebretur. Hoc causſam eſſe puto, quare Georgius Tamarae filium cognominare ſe maluerit.

Efficitur ergo ex hoc nummo, primum, duas Georgiae provincias, *Cartli*, & *Kaketi*, a regibus Selgiucorum Perſiae Alp-arslan, & Malecſciah ad finem ſaeculi undecimi expugnatas (5), in poteſtatem Selgiucorum Iconii tranſiiſſe, de quo hiſtoria, ni fallor, tacet; deinde regem Georgium labroſum tempore Cai-cobadi regnaſſe, atque eo tempore duas provincias Cartli, & Kaketi in unum regnum, ut hodie, fuiſſe coniunctas. Ita in nummo C. obſervavimus, Armeniam ſubditam fuiſſe Regi Selgiucorum Iconii; atque omnino hi duo nummi ſunt praeſtantiſſimis cuiuſcumque nationis nummis aequiparandi.

(5) Deguignes tom. II. part. I. pag. 211.

Pag. 5. *adnot. linea* 3. *nummus ad Aiubitos forte pertinet.* Mallem, ad reges Chriſtianos Siciliae, qui titulo *Malek* ملك gaudebant. Tunc الملك الظاهر alio modo legendum eſt. E delineatione ſupra modum iniqua certi nihil intelligitur.

Pag. 5. *adnot.* 7. pro num. LVIII. lege LXXXIII. Muſeo Borgiano, primis foliis iam impreſſis, multi alii nummi acceſſerunt, ſuo quilibet loco inſerti, e quo factum, ut numeri ſaepe ſint commutati.

Pag. 5. *adnot. lin.* 23. pro XXI. & XXII. lege XXI. XXII. & XXIII.

Pag. 6. *adnot. lin.* 18. pro LVII. lege LXXIII.

Pag. 6. *adnot. lin.* 31. poſt verba, *in circumferentia*, adde *Talis nummus eſt Borgianus* LXXVI.

Pag. 6. *adnot. lin.* 33. & 34. *quorum* I. & III. *parum differunt a nummis muſei Borgiani* LIX. LX. Emendes hoc modo,

quo-

quorum l. est inter nummos Borgianos num LXXXIII., *alter vel* III., *ad Willelmum I referendus, Borgianus* LXXVII.

Ibid. post verba *in quarto*, adde, *inter Borgianos* LXXXIV.

Pag. 7. *adnot. lin.* 4. pro LVI restitue LXXXI.

Pag. 8. *lin.* 16. pro *Cuficus publicatur*, lege *Africanus delineatur.*

Pag. 13. *lin. ult.* pro MDCCXII. lege DCCLXII.

Pag. 13. *adnot.* 15. adde *& supplementi num.* XCI.

Pag. 14. *lin.* 1. pro MCCLXII. lege DCCLXII.

Pag. 18. *lin.* 9. verba, *sed tamen in nummis solo nomine, principis fidelium, utuntur*, tollenda sunt. In nonnullis enim nummis, qui museo Borgiano postea accesserunt, *Imam* appellantur. In eorum loco restituas, *Duo nummi Fatemidarum in Aegypto cusi, aurei, explicabuntur infra in supplemento num.* XCIII. XCIV.

Pag 19. *lin.* 11. 12. pro, *qui non Imam, sed princeps fidelium vocatur*, legas, *qui in uno Imam, in duobus tantum princeps fidelium vocatur.*

Pag. 23. *ad verba lin.* 6., *aureos autem ipsi forte conflaverint.* Hanc coniecturam nullo fundamento innixam esse animadverto. Crederem potius, Samanidas aureos nummos non excusisse, aureis forte Graecis usi. Ita Georgiani hodie aeneos nummos cum titulis Georgianis signant, argenteos autem, aureosque nummos a Persis accipiunt.

Pag. 25. *lin.* 2 post XXXI. XXXII. subiunge, *his adde supplementi num. C.*

Pag. 27. *lin.* 3. 4. pro XXXIX. XLV., legas XXXVI. XLI.

Pag. 28. *lin.* 5. pro *non quidem*, scribe *raro quidem.*

Pag. 28. *lin.* 7. *raro Sultani.* Conf. omnino quae diximus de his nominibus pag. 61. 62.

Pag. 28. *lin.* 22. post *dinar Nazarius*, adde *dinar Moëzinus* (supplement. num. XCIII. XCIV.)

Pag. 33. *lin* 22. pro LII LIH., legendum LIV. LV.

Pag. 78 *in nummo* LXI. *lin.* 3. pro *talismanus*, lege *magicum*, vel,

vel, si mavis, omnia tolle a voce *vitrum* ad *videtur*. Titulus huius vitri legendus est .... ربی الله *Dominus meus est Deus* .... (conf. pag. 94. lin. 7.)

Pag. 83. *lin.* 4. *& seq.* Aliud huius tituli exemplum, antiquitus & bene quidem descriptum, mecum communicavit cl. Abbas Caietanus Marinius. Prima vox non est ذو, sed مما *de eo, quod dedicatum fuit regiae maiestati*, vel, ut latine reddenda sunt Arabica, *dedicatum regiae maiestati* cet. Sed haec levia sunt. Deinde autem duas voces integras ob ὁμοτελεύτον omisit cl. *de Murr*, qui illud tituli exemplum, quo usi sumus, ligneis formis incisum publicavit. Post verba وبلوج الامير والامال *splendore principis, & divitiis* inserit exemplum cl. Marinii وطيب الامال *felicitate opum*. Deinde sequitur وطيب الايام *& felicitate dierum* cet.

Pag. 83. *lin. penult.* post *aeneus*, adde *concavus*.

Pag. 84. *num.* LXXIX. Aliud huius nummi exemplum inspicere mihi contigit, priori integrius. Nomen non est, غليم الثانی *Willelmus secundus*, sed الملك رجار *Rex Rogerius*, hoc modo scriptum الملـــك رجا. Itaque nummus ad Rogerium I. referendus est. Ab altera parte, si malles, hoc modo etiam legere posses ناصر النصرانيه *protector Christianitatis*. Haec animadvertere volui, ut illustratio horum nummorum, quantum fieri poterat, fidelis evaderet. Errare humanum est, & in his titulis fere inevitabile.

Pag. 91. *lin.* 16. pro *Iam ulterius progredimur, eamque*, lege *His addimus, eam etiam*, & *lin.* 18. pro *e nummo*, lege *quod*

quod e nummo. Nihil aliud enim innuere volui, quam eum nummum esse inter Arabicos primum, qui sententiam illam exhibeat.

Pag. 94. *ad adnotat.* 112. Macinus refert pag. 124. Amin filium Musa futurum successorem constituisse anno 194., eique cognomen الناطق بالحق *Alnatek bilhak*, e. h. *vera loquentem* tribuisse, pactionesque omnes, quas Rascid inter ipsum, & Mamonem scripserat, combussisse. Id quum audisset Mamon, اسقط اسم اخيه من دار الضرب والطراز *effecit, ne nomen fratris amplius scriberetur in pecunia, & textilibus*, atque se Chalifam legitimum declaravit. Itaque Musa, ut recte observat Macrizi, re vera pecuniam suo nomine signaverat.

Pag 143 *lin.* 25 *Iohannem Apostolum, os aureum*, h. e. *Chrysostomum*. S. Iohannes Chrysostomus cum S. Iohanne Evangelista commutatur, ut pag. 144. *S. Iohannes Baptista* pro *Evangelista*.

In delineationibus nummorum, quae ceterum, quantum fieri potest, sunt fideles, nummi LXX. & LXXIX umbram in imo nimis latam ex sculptoris errore acceperunt. Sunt enim nummi admodum tenues, instar reliquorum Siculorum.

Menda typographica, quae certo rara esse debent & levia, benevolus lector ipse facile corriget. Duo graviora indico, pag. 94. lin. 5. in texto Arabo lege الامين pro الامير, & pag. 83. lin. 4. المعمورة pro المقمورة. Nescio, quo casu nomen pseudoprophetae ubique fere exaratum fuerit *Muhamed*, cum quidem, ut scribi debet, semper scripserim *Muhammed*.

Supersit, ut moneam, me in reddendis Latino sermone nominibus Arabicis, pronunciationem Italam esse secutum. Romae enim & Romano Maecenati scripsi.

EXPLI-

EXPLICATIO

Nummorum, gemmarumque, quae ornamenti gratia huic libro insertae habentur e museo Borgiano.

In fronte opusculi aere incisa insignis carneola, imagines B. Virginis, & filii Iesu referens, illam nimbo, hanc nimbo cum cruce ornatam. Infra litteris Arabicis scriptum legitur عبدتك مريم *adoro te Maria*, vel *ancilla tua Maria*. Ex genio sculpturae, atque litterarum forma apparet, lapidem in Persia scalptum esse, ubi in inscriptionibus Arabica lingua frequenter adhibetur.

In fine paginae 98. delineatus est nummulus argenteus, recentior, sed minus frequens, forma quadratus. Titulus rhythmicus est:

I. الله ربنا	*Allah rabbena*	*Deus est dominus noster.*
محمد رسولنا	*Muhamed resulena*	*Muhamed apostolus noster.*
امامنا الهدي	. . . . *Imamena*	. . . . . *Imam noster.*
id. q. in aliis exemplis القران		
~~تونس~~	~~*Tunis.*~~	~~*Tunis.*~~
II. لا اله الا الله	*la ilah ila-llah*	*Non est Deus, nisi Deus.*
لا قوه الا بالله	*la kuat illa billah*	*Non est vis, nisi in Deo.*
الامر كله لله	*alamr külloh lillah*	*Regimen omne Deo.*
تونس		*Tunis.*

Gemma, quae pag. 151. aere incisa habetur, ex lapide lazuli est, & sigillum principis cuiusdam refert. Lego voces امير . . بن . . صاحب انكيره كلها *Emir . . filius . . dominus totius Ancyrae*; urbis nempe ob tabulas Ancyranas, apud rei antiquariae studiosos in primis celebris.

In hac pagina denique exhibetur nummulus aeneus Persarum, quem *Pul* vulgo dicunt, a nobis laudatus pag. 27. adnotat. (50.) Antica pars refert symbolum Persiae, leonis & solis orientis imagines; postica, ni fallor, titulum فلوس تبريس *pecunia Tibrisina*, vel potius, *oboli Tibrisini*. Persae monetas habere dicuntur in urbibus اصبهان *Isbehani*, خدابنده *Chodabendae*, تبريس *Tebrisi*, دربنت *Derbenti*, & كاشان *Casciani*. In tribus prioribus explorata res est, de aliis ignoro.

EXPLICIT FELICITER.



In Museo Borgiano.

INDEX
NUMMORUM CUFICORUM
MUSEI BORGIANI

NVMMI CHALIFARVM

Num. I., & xci. ſupplementi.
Num. II. ad xix., & num. xcII. ſupplem.

NVMMI DYNASTIARVM

OMMIADARUM

In Hiſpania num. xx.

EBADITARUM

In Hiſpania num. xcvi. ſupplem.

FATEMIDARUM

In Aegypto num. xciii xciv. ſupplem.
In Sicilia num. xxi. xxii. xxiii. xcv. ſupplem.

AIUBITARUM

In Aegypto, Saladini, primi regis num. xxiv.
Otmani, ſecundi regis num. xxv.
Abubecri, quarti regis num. xxvi., & xcviii. ſuppl. ad Ortocidas pertinet.
Aleppi, regis Daher num. xxvii. xxviii. xxix.
regis Naſer num. xxx.

SELGIUCORUM

Irani, vel Perſiae num. Arabico-Georgianus xxxii. conf. addenda.
Damaſci num. xxxi.
Iconii, regis Cai-Cobad num. xcix. ſupplem.
regis Cai-Choſru, cum figuris num. xxxiii.
alter Arabico-Armenus num. c. ſupplem.

TUR-

TURCOMANORUM ORTOCIDARUM

Mardini, regis Huſameddin Timurtaſch num. XXXIV. cum fig.
XXXV. cum fig.
regis Iuluc-arslan num. XXXVI. cum fig. Forte etiam
XXXVII. cum fig.
regis Ortoc-arslan n. XXXVIII. cum fig. XXXIX. cum fig.
Amidae, regis Nureddin Cara-arslan num. XL. cum figur.,
ambiguus XLI. cum fig.

ATABECORUM

Muſulae, regis Arslan-ſchah num. XCVII. ſuppl. cum fig., &
num. XLIV. cum fig. vid. ſuppl.
regis Maſsud num. XLII. cum fig.
Aleppi, primi regis num. XLIII.
ſecundi num. XLIV.
Sex nummi cum figura Servatoris num. XLVI. ad LI.
Duo alii nummi, figuris ornati num. LII. LIII.

MOGOLORUM

Num. LIV. LV. LVI.
VITRA num. LVII. ad LXI.

NVMMI CHRISTIANORVM

Siculi, Rogerii num. LXIV. ad LXXV. & num. LXXIX.
Willemi I. num. LXXVI. ad LXXVIII.
Willemi II. num. LXXX. ad LXXXIV., & ſupplem. CI.
Tancredi num. LXXXV.
Hiſpani Toletani num. LXXXVII. LXXXVIII. LXXXIX. XC.
In fine ſupplementi inſtar numiſma Perſicum recens.

F I N I S.

Tab. I.

ALPHABETVM CVFICVM E NVMIS SVMTVM

comparatum cum Alphabeto Cufico, ut in libris ſcriptis reperitur

Ductus particulares

Numerorum notae, cum similibus notis aliarum gentium comparatae ad n. XXXXVI.

Aegyptiorum e mumiis

Indorum 1 2 3 ४ ५ ६ ७ ८ ९ ०

Arabum et Persarum ١ ٢ ٣ ٤ ٥ ٦ ٧ ٨ ٩ ٠ *vel* ٥ ٧ ٠

Nostrae 1 2 3 4 5 6 7 8 9 0

E numis			*MS.*
ornatae vulgo Carmat.	*finales*	*initiales*	
			ا
			ب
			ج
			ك
			د
			ه
			و
			ط
			ح
			ز
			ى
		ut anteced.	ك
			ل
			م
			ن
			س
		Forma initial.	ع
		ut Be.	ف
		ut Be.	ص



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-11619/fragment/page=00000188

Nummi Cufici Musei Borgiani.


I.
AR


II.
AV


III.
AV


IV.
AV


V.
AR


VI.
AR


VII.
AV


VIII.
AR


X.
Æ


VIIII.
Æ


XI.
Æ



Nummi Cufici Musei Borgiani.

XII. Æ



XIII. Æ



XIV. Æ



XV. Æ



XVI. Æ



XVII. Æ



XVIII. Æ



XVIIII. Æ



XX. Æ



XXI. Æ



XXII. Æ



XXIII. Æ



XXIV. Æ



XXV. Æ





Nummi Cufici Musei Borgiani.

XXVI.



XXVII.



XXVIII.



XXIX.



XXX.



XXXI.



XXXII.



XXXIV.



XXXIII.



XXXV.





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-11619/fragment/page=00000194

Nummi Cufici Musei Borgiani.

XXXVI.



XXXVII.



XXXVIII.



XXXIX.



XL.



XLI.



XLII.



XLIII.



XLIV.



XLV.





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-11619/fragment/page=00000196

Nummi Cufici Musei Borgiani.

XLVI.



XLVII.



XLVIII.



XLIX.



L.



LI.



LII.



LIII.



LIV.



LV.



LVI.



LVII. VITR.



LVIII. VITR.



LIX.



LX. VITR.



LXI. VITR.





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-11619/fragment/page=00000198

Nummi Cufici Musei Borgiani.

LXII.



LXIII.



LXIV.



LXV.



LXVI.



LXVII.



LXVIII.



LXIX.



LXX.



LXXI.



LXXII.



LXXIII.



LXXIV.



LXXV.



LXXVI.



LXXVII.



LXXVIII.



LXXIX.





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-11619/fragment/page=00000200

Nummi Cufici Musei Borgiani.

LXXX.



LXXXI.



LXXXII.



LXXXIII.



LXXXIV.



LXXXV.



LXXXVI.



LXXXVII.



LXXXVIII.



LXXXIX.



XC.



Numisma Persicum.





Sigilla Arabica Musei Borgiani.

I.



ex haematite.

II.



ex haematite.



ex aere.

III.



ex iaspide viridi.

IV.



ex carneola.

Ichnographia celebris Cabae
ex aenea patera Musei Borgiani.





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-11619/fragment/page=00000204

Idolum Drusorum In Museo Borgiano Velitris





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-11619/fragment/page=00000206

Inscriptio simulacri Drusorum.





Nummi Cufici Musei Borgiani.

XCI.



XCII.



XCIII.



XCIV.



XCV.



XCVI.



XCVII.



XCVIII.



XCIX.



C.



CI.





615 ase

Hb 252. 7°

de 1 Kll

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-11619/fragment/page=00000213



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-11619/fragment/page=00000214

ULB Halle
3/1
001 334 646

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-11619/fragment/page=00000215